¶ Libellus sophistarū ad vsum Oxoniēs. Impressus Londoniis per Winandum de Worde: hac in vrbe in parrochia sctē Brigide [in the flete strete] ad signū solis cōmorantem.



[illegible]

¶ Ad subtilissim[illegible] ingeniorū sophistas

Quoniā persona quā q̄s gerere velit (vt iquit
Cicero) a volūtate proficiscitur. Vobis adolescētes (quibus inest maxima cōsilii
imbecillitas) consilio si aliqñ adipisci volueritis virtutis premiū (quod honor est)
refrenate libidines/spernite voluptates/ceterasq̧ animi labes repellite/mores
deprauatos insolentiamq̧ restringite. Vigilātissimis animis ⁊ virtuti ⁊ bonarū
artium litteris incūbite. quarū radices ⁊ si amare sint: fructus tamē earū dulces
nec prius fructus q̄ radices gustare licebit: quoniam nō meruit dulcia qui nō gu
stauit amara. Et quacūq̧ scientia q̄s excellere mauult: pricipio op⁹ est (si ad altas
structuras progredi voluerit) logicalia principia in aīo suo pro stabili iaciat fun
damēto ad oēm nāq̧ scientiam logica viā habet: atq̧ veluti linceis oculis verum
a falso in singulis discernit. Hec enī est oīm scientiarū clauis reserans et aperiens
ois sapientie secreta. In oībus scientiis militat/illas ab inimicis defendēs/elin
gues instruit/et sermone egētes ditat/torpētes excitat/armatq̧ inermes. Hanc
igitur adolescētes diligite ⁊ colite omni nectare suauiorē/omni serico splēdidiorē
omni auro gemmaq̧ preciosiorē. At (ne pluribus agā) logica singulis sciētiis splē
dorem cōfert: tantoq̧ ceteris scientiis oībus presta[illegible] quāto singule alie scientie [illegible]
la vincitur. Et huius tante laudis/logice/nolo q̄sq̄ existimare q̧ sophistria sit ex
pers/quoniā tam inter se congruentes sunt logica ⁊ sophistria: vt qui logicā lau
dat/sophistriā bonū logice seminariū laudet necesse sit. Hec enī tractat subtilissi
ma sophismata: que si quis bene docteq̧ intellexerit: videbit [illegible] oēs mirabilis
sapientie et discipline. Hec etiā tā oībus vtilis tamq̧ preclara est: vt vir interior
sit logica/nec mediocri laude sit digna. Hanc igitur vobis emite: qui aliqñ docti es
velitis: nec pluris sit apud vos pecunia q̄ scientia. li[illegible] iam venales habet[illegible] om
ni cura ac diligentia emendatos. [illegible]alete.

[illegible]

He is a knave that [illegible] this book

De propositionibus.

Propositio est oratio indicatiua/cõgrua ꝛ perfecta/verũ vel falsum significans.

¶ Propositionũ. Alia cathegorica/alia hypotetica. Cathegorica est illa que habet vnicũ subiectũ/vnicũ predicatũ/et vnicã copulã. exemplũ homo est aĩal: ly hõ est subiectũ: qꝛ precedit pͥncipale verbũ. ly est est copula: qꝛ copulat siue ligat subiectũ cũ predicato ly animal est predicatum quia sequitur principale verbum: et subiectum est totũ illud quod precedit principale verbum preter signũ ꝛ negationem.

¶ Quero que est ista hõ currit. dico ꝙ est cathegorica

¶ Contra. Illa est cathegorica que habet vnicũ subiectũ/vnicũ predicatũ et vnicam copulam: sed hic deficit predicatũ: ergo nõ est cathegorica. Dico qꝛ ꝗuis nõ habeat predicatũ expresse positũ tamẽ habet subintellectũ scꝫ currens: qꝛ omnẽ verbũ adiectiuũ põt resolui in participiũ eiusdẽ tẽporis ꝛ in hoc verbũ. Sum/es/fui. vt currit. i. est currens. ꝛ hoc verbũ Sum es fui resoluitur in seipm̃ ꝛ in participium suũ: vt hõ est. i. homo est ens.

¶ Item propositionũ alia affirmatiua/alia negatiua. ¶ Affirmatiua est illa in q̃ principale verbũ affirmatur: vt homo currit.

¶ Negatiua propositio est illa in qua principale verbum negatur: vt homo non currit.

¶ Propositionũ alia vniuersalis/alia particularis/

alia indiffinita/alia singularis.

¶ Uniuersalis est illa in qua subiicitur terminus cõmunis signo vniuersali determinatus: vt oĩs homo currit. Et ista sunt signa vniuersalia. Oĩs/nullus/quilibet/neuter/nemo/nihil/vterqꝫ/vnusquisqꝫ ꝛ similia.

¶ Particularis est illa in qua subiicitur terminus cõis signo particulari determinatus: vt aliquis homo currit. Et hec sunt signa particularia. Aliqs/quidã/alter/alius/vnus/solus ꝛ similia.

¶ Indefinita est illa in qua subiicitur terminꝰ cõis sine signo: vt homo currit.

¶ Singularis est illa in qua subiicitur terminus discretus vel pnomẽ demõstratiuũ: vt iohãnes currit: vel ille homo currit. Et nota ꝙ terminꝰ discretus est omẽ nomẽ ppriũ: vt iohãnes/plato/sortes. Et terminꝰ cõis est omẽ nomẽ appellatiuũ quod est cõe multorũ: vt homo/animal/asinus.

Que ca/vel yp/qualis ne/vel af. v/quãta/p/in/sin.

¶ Exponitur sic ad questionẽ factã per que. respondendũ est cathegorica vel hypothetica. Ad questionẽ factã per qualis respondendũ est affirmatiua vel negatiua. Ad questionẽ factã per quãta respondendũ est vniuersalis/particularis/indiffinita/vel singularis.

¶ Nota ꝙ vniuersalis affirmatiua/et vniuersalis

negatiua de consimilibus subiectis predicatis et copulis. et terminis precise supponentibus pro eisdẽ contrarie stant in figura.

¶ Uniuersalis negatiua ꝛ particularis siue indiffinita negatiua: cũ eisdẽ cõditionibus cõtradictorie stant in figura.


¶ Uniuersalis negatiua ꝛ particularis siue indiffinita affirmatiua cũ eisdẽ cõditionibus stãt cõtradictorie in figura.

¶ Uniuersalis negatiua ꝛ particularis siue indiffinita negatiua cũ eisdẽ conditionibus subalterne stant in figura.

¶ Uniuersalis affirmatiua ꝛ particularis siue indiffinita affirmatiua cũ eisdẽ cõditionibus subalterne stant in figura. Et particularis siue indiffinita affirmatiua ꝛ particularis siue indefinita negatiua subcõtrarie stant in figura.

¶ Et nota ꝙ propositio singularis non habet locũ in figura.

flamma fumo est proxima



LEx et natura contrariarū talis est q̄ si vna sit vera reliquā erit falsa in terminis substā tialibus et in predicatione directa. vt si hec sit vera. ¶ Quilibet homo est animal. hec erit falsa. nullus homo est animal. Sed i predicatione indirecta ⁊ in terminis accidētalibꝰ possūt esse false ⁊ nūq3 vere. Exemplum primi: vt oē aīal est homo: et nullum aīal est homo. Exemplū secūdi. Quilibet homo est albus: ⁊ nullus homo est albus.

¶ Predicatio dicitur duobus modis. directa et indirecta. ¶ Predicatio directa est quando superius predicatur ⁊ inferius subiicit vt homo est aīal. ¶ Predicatio indirecta est quādo inferius predicatur ⁊ superiꝰ subiicitur: vt aīal est hō. ¶ Terminus dr̄ dupliciter: scz substātialis ⁊ accidētalis. Terminꝰ substātialis est ille terminus qui sī semel dicatur de vna re requiritur q̄ semper dicatur de eadē re dū illa res manet: vt homo/lapis/lignū/et huiusmodi. Terminus accidētalis est ille terminꝰ q̄ si semel dicatur de vna re requiritur q̄ semper dicatur de eadem re dū illa res manet: vt ambulās currēs. Et oīa nomina officiorū: vt cocus mācipiū/ ⁊ huiusmodi. ¶ Similiter superius est illud qđ significat omne illud quod suum inferiꝰ significat et plura vltra: vt animal: quia iste terminus animal est superius ad istum terminū homo: q2 animal significat omne illud quod homo significat: ⁊ plura vltra vt hominē et leonem. ⁊c. ¶ Sed inferius est illud quod significat aliquod quod suum superius. sed non tot nec tāta. vt homo respectu animalis. Sic patet q̄ homo est inferius ad animal.

De conuersionibus.

¶ Lex et natura contradictoriarū talis est / q̄ si vna sit vera reliqua erit falsa in oībus terminis ⁊ in omni predicatiōe: vt si hec sit vera. Oīs hō est aīal / hec erit falsa. aliquod quod est homo non erit animal.

¶ Lex et natura subalternatarū talis est / q̄ si vniuersalis sit vera / sua particularis siue indefinita erit vera generaliter i omibus terminis ⁊ in omni predicatione: vt si hec sit vera quilibet homo est aīal: hec erit vera aliqs hō est aīal. sed si particularis siue indefinita sit vera nō requiritur ex necessitate q̄ sua vniuersalis sit vera: vt si hec sit vera: aliquis homo currit: nō requiritur q̄ hec sit vera quilibet homo currit. Sed in terminis substantialib⁹ et in predicatione directa si particularis sit vera necesse est ⁊ sua vniuersalis sit vera: vt in his / hō est aīal q̄ oīs hō est aīal: que est sua vniuersalis.

¶ Lex et natura subcōtrariarum talis est / q̄ si vna sit vera reliqua erit falsa in terminis substantialib⁹ ⁊ in predicatione directa: vt si hec sit vera / quidam hō est aīal hec erit falsa / quidā hō nō est aīal. Sed in terminis accītalibus ⁊ in predicatiōe in directa ꝓħt simul esse vere: vt quoddā aīal nō est hō / ⁊ quoddā aīal est hō / ⁊ quidā hō est alb⁹: ⁊ quidā hō nō est alb⁹. Et due ꝓpōnes q̄ subcōtrarie stant in figura nunq̄ possunt simul esse false.

¶ Propositio hypothetica est illa que habet duas propositiones cathegoricas in se īclusas cum aliqua nota (coniunctionis vel aduerbii). Et quinq̄ sunt species hypothetice. scz Copulatiua. Disiunctiua. Conditionalis. Causalis. ⁊ Tēporalis. ¶ Copulatiua est illa q̄ habet duas ꝓpōnes cathegoricas in se inclusas p̄ istā notā (⁊) vt tu es hō ⁊ tu es aīal. ⁊ copulatiua est vera qñ vtraq̄ ei⁹ pars est vera: ⁊ est falsa qñ eius vna pars est falsa. ¶ Disiunctiua est illa q̄ habet duas ꝓpositiones cathegoricas in se inclusas p̄ hāc notā (vel) vt tu es homo vel tu es asinus. et est disiunctiua vera: qñ vna pars est vera. ⁊ est falsa qñ vtraq̄ pars est falsa. ¶ Conditionalis est illa: in qua sunt due ꝓpōnes cathegorice cōiūctim: p̄ istā notā (si) vt si tu es hō tu es animal. Et est cōditionalis bona qñ ~~aūs~~ formaliter itelligitur in aīte. Et nota q̄ aīs in cōditionali est illud quod immediate sequitur hāc notam (si) siue sit prior siue posterior. ⁊ reliqua ꝓpositio est consequens. Causalis est illa: in qua due propositiones cathegorice coniungunt᷑ per hanc notam (quia) vt quia tu es homo tu es animal. ⁊ est causalis bona. quando illud quod precedit est causa illius qđ subsequitur. ¶ Temporalis est in qua due propositiones cathegorice coniungūtur. per istam notam (dum) vel quando. Ut dum tu curris tu moueris. Et est tēporalis vera: quando ambe partes sunt vere. et hoc pro eodem instanti. ¶ Instans est vnum indiuisibile in tempore qđ nō est tempus nec pars temporis. ad quod tamen partes temporis copulātur. ¶ Nota q̄ propositio hypothetica nō est alicuius ~~qualitatis neq̄~~ quantitatis.

¶ Conuersio est transpositio terminorum: quando de subiecto fit predicatum et econtra.

¶ Nota q̄ tripliciter dr̄ cōuersio. scz simplex. ⁊ p̄ accñs. et p̄ contrapositionē.

¶ Conuersio simplex est: quando de subiecto fit predicatū ⁊ ecōtra. manēte eadem qualitate ⁊ quantitate. Et hoc mō conuertit᷑ vniuersalis negatiua et particularis siue indefinita affirmatiua. sic nullus hō est lapis: sic conuertit᷑: nullus lapis est homo ~~masculinus~~. ⁊ quidā hō est aīal conuertit᷑ quoddā aīal est homo ~~masculinus~~. ¶ Cōuersio per accñs est qñ de subiecto fit p̄dicatū ⁊ ecōtra: manente eadem qualitate. sed mutata quantitate: et sic cōuertitur vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua. Uniuersalis affirmatiua sic. quilibet hō est aīal: sic conuertitur aliquod aīal est hō ~~masculinus~~. Uniuersalis negatiua: vt nullus homo est

animal sic conuertitur. aliquod animal nō est homo [redacted]. ¶ Cōuersio per contrapositionem/est quando de subiecto fit predicatum ⁊ econtra. manente eadem qualitate ⁊ quātitate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos/⁊ sic cōuertitur vniuersalis affirmatiua. ⁊ particularis negatiua. vniuersalis affirmatiua sic. vt omnis homo est animal/sic conuertitur: omne non animal est non homo. Et particularis negatiua sic. Aliquod animal nō est homo: sic cōuertitur aliquod quod est non homo non est animal. Terminus finitus. est ille terminus cui non preponitur negatio. vt hō animal et consimiles. ¶ Terminus infinitus est ille cui preponitur negatio. vt non homo non animal.

Simpliciter feci conuertitur eua per acci.
Asto per contra/sic fit conuersio tota

¶ Nota q A/in istis versibus notat vniuersalem affirmatiuam E/vniuersalem negatiuam. ⁊ I/particularem affirmatiuam. O/particularem siue indefinitam negatiuam: sed videtur q vniuersalis negatiua non habet. conuerti simpliciter Ut ista nulla domus facit hominē quia tunc sic esset conuersa nihil quod est homo facit domum. sed sic non certe conuertitur quia si cōuertens sit vera/sua cōuersa erit vera. sed sua conuertens est vera/⁊ sua cōuersa falsa: ergo non debet sic conuerti. Ad hoc dicendum est q si fuerit aliqua propositio enūciata cum verbo adiectiuo de presenti: de preterito vel futuro. vel quicunq obliquus [redacted] sequitur verbum principale ita q illa propositio non potest habere rectam conuersionem. tunc principale verbum debet mutare in participium eiusdem temporis/⁊ in hoc verbū Sum eo est. ⁊ tunc patebit recta conuersio: vt nulla domus facit hominem sic conuertitur. nullum faciens hominem est domus. Similiter ista: nullus murus est in lapide: sic conuertitur nullum ens in lapide est murus De preterito sic. nullus puer fuit senex. sic cōuertitur. nullus preteritus senex est [redacted] puer. Eodem modo de futuro: vt nulla corrupta erit virgo: sic conuertitur. nullum futurum corruptum est [redacted] virgo.

Obiecto.

Responsio.

Regula notāda

Responsio

De equipolentiis.

EQuipolentia est equiualentia duarum propositionum adinuicem [redacted]/ita q tantum valet vna quantum et reliqua. Uersus.

Pre contradic. post contrar/pre postq subalter.

¶ Iste versus sic exponitur. Pre contradic. hoc est qñ negatio preponitur signo ⁊ subiecto propositionis tūc facit ppositionē equipollere illi ppositioni que ante aduentum illius negationis fuit eius contradictorium. Ut non quilibet homo currit. equipollet huic quidam homo non currit.

¶ Post contrar. hoc est qñ negatio postponitur signo subiecto alicuius propositionis. tunc facit equipollere illi propositioni que ante aduentum illius negationis fuit suum contrarium. Ut quilibet homo non currit. equipollet huic. nullus homo currit.

¶ Pre postq subalter. hoc est quando negatio. preponitur ⁊ postponitur signo et subiecto tunc facit illam equipollere illi que ante aduentum illarum negationum fuit suum subalternans. Ut non omnis homo non currit: equipollet huic aliqd quod est homo currit.

Regula notāda

¶ Nota q propositiones equipollentes sunt eiusdem qualitatis ⁊ quātitatis [redacted] propositionibus quibus equipollet.

¶ De propositionibus modalibus.

De propositionibus modalibus.

PRopositionum alia modalis/alia de inesse.

¶ Propositio modalis est illa i qua predicatū inest subiecto cum modo modali vt possibile est hominem currere. cuius propositionis predicatum est ly currens ꝛ subiectum ly homo. equiualet ista propositio huic possibiliter homo currit. ꝛ hec impossibile est hominem esse asinum equiualet huic impossibiliter homo est asinus. sic in his patet ꝙ predicatum dicitur de subiecto cū modo modali precedente subiectum. ꝛ sic dicendum est de omnibus modalibus.

¶ Propositio de inesse est illa in qua predicatū inest subiecto sine modo modali vt homo currit. ¶ Et sciendum ꝙ quatuor sunt termini faciētes ꝓpositionē modalem: scilicet possibile/impossibile/contingens/ꝛ necessararium cū eorum aduerbijs. scȝ possibiliter/impossibiliter/contingenter: et necessarie.

¶ Et notandum est ꝙ est differentia inter propositionem necessariam: ꝛ ꝓpositionem de necessario. Propositio necessaria est illa que est vera et non pōt esse falsa: vt deus est. Propositio de necessario est illa in qua ponit iste terminꝰ necesse necessariū vl' de necessario: vt de necessario celū mouet. ¶ Necessarium dicitur duobus modis. scilicet per se et per accidens. Necessariū per se est illud qđ est verū ꝛ nō potest/nec potuit/nec poterit esse falsum. vt deus est. Necessariū per accidens est illud qđ est verū: ꝛ nō potest/nec poterit esse falsum: potuit tamen fuisse falsum/vt ista. ego sui natꝰ. ¶ Impossibile dicitur duobus modis. per se ꝛ per accidens. Impossibile per se est illud qđ est falsum ꝛ non potest/nec potuit/nec poterit esse verum. vt hō est asinꝰ vel nullꝰ deꝰ est. ¶ Impossibile per accidens est illud qđ est falsum et nō potest nec poterit esse verum. potuit tamen fuisse verum: vt ista. ego non fui natus.

¶ Possibile dicitur tripliciter/scilicet cum re et cum actu/cum re ꝛ ante actum et ante rem et ante actum. Possibile cū re ꝛ cum actu vt ego sedeo si actualiter sedeam: cū re ꝛ ante actum: vt ego canescam in senectute. Ante rē ꝛ ante actum: vt antichristus predicat.

¶ Similiter contingens dicitur duobus modis. scilicet contingens natum/ꝛ contingens ad vtrūlibet. Contingens natum est illud quod euenit alicui ex natura: vt hoīem canescere in senectute sua. Cōtingēs ad vtrūlibet est cuiꝰ vtraqȝ pars potest indifferenter esse vera vel falsa. vt homo currit.

¶ Nota ꝙ propositiones modales habent conuerti: eodem modo sicut propositiones de inesse ratione sui dicti exceptis ꝓpositioībꝰ de contingenti ad vtrūlibet que conuertuntur ꝑ oppositas qualitates/vt si vna sit affirmatiua altera erit negatiua vt contingit hominem currere: sic conuertit contingit hominem non currere. Exemplum de alijs ꝓpositionibus modalibus vt contingit hominem esse animal. sic conuertitur: contingit animal esse hoīem.

¶ Notandum ꝙ in modalibus propositionibus aliqua est vniuersalis ratiōe sui dicti/aliqua particularis ratione sui dicti. aliqua indefinita ratiōe dicti/ꝛ aliqua singularis ratione dicti. Etiā in modalibus ꝓpositionibus ratione signi modalis. aliqua vocatur vniuersalis/aliqua participularis.

¶ Propositio vniuersalis modalis rōne dicti est qñ terminꝰ cōis determinatur signo vniuersali ꝛ cū modo modali. vt possibile est omnem hoīem currere.

¶ Particularis modalis rōne dicti est qñ terminꝰ cōis determinatur signo particulari et cū modo modali. vt possibile est aliquē hoīem currere. ¶ Indefinita modalis rōne dicti est illa in qua subijcitur terminus cōmunis sine signo ꝛ cū modo modali: vt possibile est hoīem currere. ¶ Singularis modalis rōne dicti est quando subijcitur terminus discretus vel pronomen demonstratiuū cum modo modali: vt possibile est te currere. Uniuersalis modalis affirmatiua rōne signi vel modi est illa in qua ponitur ille terminus necesse necessarium vel de necessario,

De propositionibus modalibus.

¶ Universalis modalis negativa ratiõe signi vel modi est illa in qua ponit͛ ille terminus impossible. ¶ Particularis modalis affirmativa est illa in qua ponit͛ ille terminus possible vel contingens. ¶ Particularis modalis negativa est illa in qua ponitur ille terminus possible non vel contingens nõ ¶ Propositio modalis affirmativa rõne signi est qñ modus affirmat͛. Et negativa est qñ mod᷒ negatur. ¶ Propositio modalis ratione dicti affirmativa est qñ dictuз affirmat͛ Et negativa: qñ dictũ negat͛. ¶ Ista figura preferť trib᷒ modis. Primo i dictis tm̃. Scđo in modis tm̃. Tertio tam in modis q̃ȝ in dictis. Exemplũ primi: vt necessariũ est quẽlibet hoiem esse: necessariũ est nullũ hoieз esse: necessariũ ē aliquẽ hoiem esse: ⁊ necessariũ est aliquẽ hoiem nõ esse. Exẽplum scđi: necessariũ est quẽlibet hoiem esse: impossibile est quẽlibet hoiem esse: possibibile est quẽlibet hoieз esse: possibile nõ est quẽlibet hoiem esse. Exẽplũ tertij: necessariũ est oẽm hoiem esse aial: impossibile est nullũ hoiem esse aial: possibile est aliquẽ hoiem esse aial contingit aliquẽ hoiem non esse animal ⁊ sic de similibus.

necessarium est quemlibet hominem esse.

Contrarie

necessariũ est nullũ hominem esse.

Subalterne

Contradi ctorie

Contradi ctorie

Subalterne

necessarium est aliquem hominem esse.

Subcontrarie

necessarium est aliquem hominem non esse.

Ut dicit boetius Argumentũ est rõ rei dubie faciens fidẽ ⁊ certitudinẽ de re dubia. ¶ Et sciẽdũ q᷑ quattuor sũt spẽs argumẽtat͛. enthymema/ exemplũ inductio/ et syllogism᷒. Enthymema est curtat᷒ syllogism᷒ hñs vnicã pmissaз ⁊ vnicã conclusionem: vt vos estis hõ. g͛ vos estis aial. Exẽplũ est qñ vnũ simile pbat͛ p aliud simile/ vt sicut se habet magister in scholis circa suos scholares sic se habet rector in navi circa suos subditos. Inductio est qñ vniversale pbat͛ p sua singularia/ vt ille hõ currit: ⁊ ille ⁊ illa: ⁊ sic de singulis ergo ois hõ currit. ¶ Syllogismus est oratio in qua quibusdã positis ⁊ cõcessis necesse est aliud evenire p ea q̃ posita sunt et concessa: vt omnis homo currit: ille est homo. ergo ille currit.

De modis.

¶ Sciendum q omnis sillogismus constat ex trib9 terminis. s. ex maiore extremitate/ ex minore extremitate: et ex medio termino. Maior extremitas est ille terminus q sumitur in maiori cum medio termino. hoc est in pma ppositione cũ medio termino. Minor extremitas est ille terminus q sumitur in minori ppositiõe hoc est in scda ppositiõe cũ medio termino. Medi9 terminus est ille qui sumitur bis ante conclusionẽ et non ingreditur illã. vt ois hõ est risibilis/ oẽ aĩal rõnale est hõ: ergo oẽ animal rationale est risibilis: vl sic: oẽ aĩal rationale est risibile/ ois hõ est aĩal rationale: ergo ois hõ est risibilis. in hoc secundo syllogismo ly animal rationale est medi9 termin9. ly risibile est maior extremitas. ly homo est minor extremitas. ¶ Figura est debita dispositio terminorum. Et modus est debita dispositio propositionum.

¶ Et nota q tres sunt figure. scilz prima/ secunda et tertia. In prima figura medius terminus erit subiectũ in maiori: et predicatũ in minori. In secũda figura medius termin9 erit bis predicatum: hoc est semel in maiori et semel in minori. In tertia figura medius terminus erit bis subiectus semel in maiori. et seml in minori.

¶ Sub pre prima bis pre secunda. tertia bis sub.

¶ Et nota q nouemdecim sunt mod9. scilicet nouem in pma figura/ et quattuor in secunda/ et in tertia sex.

Prima nouem/ secund3 tetras/ et tertia bis tres.

¶ Nota q duplex est conclusio. s. directa et indirecta. Conclusio directa est quãdo maior extremitas predicatur de minore extremitate. Conclusio indirecta est quando minor extremitas predicatur de maiore extremitate.

Predico maiorẽ dum sit conclusio recta.
Et indirecta dum predicat ipse minorem.

¶ Insuper nota q omnes modi concludunt directe exceptis quinq3 vltimis prime figure que patent in versibus sequentibus.

Omnis recte concludunt excipe quinq3.
Nomina quorum bara. ce. da. fa. fricesomorum.

¶ Et notandum est q in versibus sequentibus continentur omnes modi in quibus fiunt sillogismi/ et tot sunt modi quot sunt dictiones. et in omni dictione per a intelligitur vniuersalis affirmatiua. per e vniuersalis negatiua. per i particularis affirmatiua per o. particularis negatiua.

Barbara/ celarent/ darii ferio/ baralipton
Celantes/ dabitis/ fapesmo/ frisesomorum.
Cesare/ camestres/ festino baroco/ darapti.
Felapton/ disamis/ datisi/ bocardo/ ferison.

¶ Et notandum est: q si omnes propositiones sunt negatiue/ vel si omnes ppositiones sunt particulares nunq3 erit bon9 syllogismus neq3 in hypotheticis exclusiuis nec exceptiuis.

Syllogisari non est ex particulari
Neq3 negatiuis: recte concludere si vis.

¶ Et sciendum. q omnis syllogismus tam secunde q̃ tertie figure põt reduci in quattuor pmos modos: q2 ois modus incipiens p b/ põt reduci in barba. et p c/ in celarẽt. p d/ in darii/ et p f/ in [illegible]. Vñ9. S simplex p p ac. m. traspos. c facit impos. Sic exponitur ille versus. S/ notat simplicẽ cõuersionẽ: qñ vocalis pcedit aliã tũc propositio debet cõuerti simpliciter. Et qñ vocalis precedit p. tunc propositio debet cõuerti per accidẽs. M notat trãspositionem: vt patet in fapesmo. et fiat ille syllogismus ois hõ est animal: nullus lapis est homo/ ergo/ quoddam animal non est animal. et conclusio erit in directa. Maior debet conuerti per accidẽs. quia a precedit p/ sic ergo quoddam animal est homo. et minor debet conuerti simpliciter. quia illa vocalis e/ precedit. S sic ergo nullus homo est lapis. Et propositiones debent transponi: quia illa litte

ra m/est in fapesmo. Fiat ergo sic sillogismus. Nullus homo est lapis: quoddã aial est homo: ergo quoddã aial nõ est lapis. Et sic reducitur in ferio simpliciter patet de aliis duobus modis: q2 debet reduci per impossibile: scz in baroco et bocardo. ¶ Et est reducere per impossibile sumere oppositum conclusionis ꝛ vide si maior est vniuersalis: vel minor. Si maior debes ponere oppositum conclusionis loco minoris: et oppositum minoris loco conclusionis. Si minor debes ponere oppositum conclusionis loco minoris. Fiat ergo sillogismus in baroco sic. Omnis homo est animal: quidã lapis nõ est animal: ergo quidã lapis non est homo. oppositũ conclusionis est omnis lapis est homo: oppositũ minoris est omnis lapis est aial. reducatur ergo sic. ois homo est animal: ois lapis est homo: ergo omnis lapis ẽ animal. Et sic debet bocardo reduci in barbara. vel sic exponatur predictus versus. S simpl. hoc est qñ S/sequitur vocalem: tunc propositio facta per illam vocalem debet conuerti simpliciter: vt patet in celãtes. p per ac. hoc est quãdo p/sequitur vocalem tunc propositio facta per illam vocalẽ debet cõuerti per accidens: vt patet in baralipton. m transpo. hoc est quando hec lr̃a m/ ponitur in aliquo modo siue in prima sillaba/siue secũda vel tertia/siue quarta semper causat transpositionẽ propositionum: vt patet in fapesmo. C. facit per impos. hoc est qñ C/habetur in aliquo modo oportet sumere oppositũ cõclusionis. Et si maior sit vniuersalis vt in baroco tunc ponatur oppositum conclusionis in loco minoris: ꝛ oppositum minoris in loco conclusionis. Et si minor sit vniuersalis vt in bocardo tunc ponitur oppositum conclusionis in loco minoris: et oppositum maioris in loco conclusionis: vt patet supra.

Consequentia est quodã aggregatum ex antecedente ꝛ consequente cum nota consequentie.

¶ Vel consequentia est quedã sequela inter ãcedẽs ꝛ ꝯñs cũ nota consequentie. ¶ Et note consequẽtie sunt iste: ergo/ideo/igitur/si/quia. ¶ Antecedẽs est illud qḋ immediate precedit notã consequẽtie. Et consequens est illud qḋ immediate sequitur notã consequentie: nisi in conditionali ꝛ causali: q2 in illis propositio que immediate sequitur si vel q2 vocatur antecedẽs et altera vocatur ꝯsequẽs. ¶ Itẽ consequẽtia dr̃ duobus modis scz bona et non bona. ¶ Cõsequẽtia bona dr̃ duobus modis scz bona ꝛ formalis: ꝛ bona materialis. ¶ Consequẽtia bona ꝛ materialis dicitur tripliciter. Uno mõ qñ ãñs est impossibile: ꝛ ꝯñs sibi impertinẽs. vt homo ẽ asinus: ergo bãculus stat i angulo. Alio mõ qñ ꝯñs est necessariũ: ꝛ ãñs sibi ipertinẽs vt vos curritis: ergo deus est. Tertio mõ qñ tenet gratia terminorũ. hoc est quãdo tenet in vno ꝛ nõ oĩu simili: vt omnis sol lucet: ergo ille sol lucet. vel sic. vos nõ estis ille hõ demõstrando vos: ergo vos nõ estis hõ.

¶ Ad cognoscẽdũ que consequentie sunt bone et formales dantur regule generales. quarum prima est.

Quelibet ꝯñs est bona et formalis/qñ cõsequẽs formaliter intelligitur in ãñte: vt homo currit: ergo aial currit. ¶ Alia regula est ista. quelibet ꝯñs est bona ꝛ formalis qñ ex opposito consequẽtis sequitur oppositũ antecedẽtis. ꝛ hoc formaliter vt ex opposito istius. aial currit: sequitur oppositum istius. homo currit: q2 sequitur nullum animal currit: ergo nihil quod est homo currit.

¶ Alia regula est. Quelibet cõsequẽtia est bona ꝛ formalis quando oppositũ consequentis formaliter repugnat antecedenti: vt ista cõsequẽtia est bona et formalis. homo currit ergo aial currit: quia oppositum consequentis scilicet. Nullum animal currit. repugnat huic antecedenti. homo currit.

secundum quid ad simpliciter non valet argumentum. Item ab aptitudine ad potentiam nõ valet argumentum.

¶ Et dicũtur propositiones repugnare qñ non possunt simul stare in veritate vel qñ ex opposito vnius sequitur oppositum alterius.

¶ Alia regula est ista. in omni consequentia bona et formali. Quicq̃d antecedit ad antecedens/antecedit ad consequẽs. vt homo currit: ergo animal currit: q2 quicq̃d antecedit ad hoc antecedẽs hõ currit antecedit ad hec consequens animal currit. q2 sequitur homo albus currit: ergo aĩal currit. ¶ Item in oĩ bona consequentia et formali: quicq̃d sequitur ad consequens seqtur ad antecedẽs: vt homo currit: ergo animal currit: quicquid seq̃tur ad hoc consequens animal currit: sequitur ad hoc antecedẽs homo currit. ergo sequitur homo currit: ergo corpus currit.

¶ Alia regula est ista. si in nullo casu possibili posito añs potest esse verũ ⁊ ꝯñs falsum. illa ꝯña est bona. vt ille hõ currit: ergo aliq̃s hõ currit. Itẽ si in aliquo casu possibili posito añs põt eẽ verũ ⁊ ꝯñs falsum. illa cõsequẽtia non valet. vt vos mouemini ergo vos curritis.

¶ Alia regula est ista. arguendo a primo ad vltimuȝ vbi omnes consequẽtie intermedie sunt bone et formales: et nõ variatur est consequẽtia bona. ⁊ arguitur a primo ad vltimũ qñ illud qđ est consequẽs vni⁹ ꝯñe est añs alteri⁹ ꝯñe: ⁊ non mai⁹ neq3 min⁹: ⁊ sic generaliter quousq3 perueniat ad vltimũ ꝯñs: et tũc ex primo añte: ⁊ vltimo ꝯñte est ꝯña bona. vt homo currit: ergo animal currit. animal curr̃it: ergo corp⁹ currit. corpus currit: ergo substãtia currit. substãtia currit: ergo res currit. res currit: ergo ens currit. ⁊ sic a primo ad vltimũ homo currit: ergo ens currit. ¶ Contra istã regulã arguitur sic. Si illa regula esset vera ista ꝯña esset bona scȝ nullũ tempus est: ergo aliqđ tempus est. q2 põt argumentari a primo ad vltimum cũ consequentiis intermediis sic. nullũ tẽpus est: ergo dies non est. dies non est: ⁊ aliquod tempus est: ergo nox est. nox est: ergo aliquod tempus est. ⁊ a primo ad vltimũ nullum tẽpus est: ergo aliqđ tẽpus est. ⁊ q̃ ista cõsequẽtia non valet pbatur: q2 arguitur ab vno contradictorio ad reliquũ. Ideo dicendũ est q̃ ista consequentia non valet: nec hic arguitur per regulam: q2 consequentie sunt variate. q2 plus additur in antecedente secunde consequentie in consequente prioris consequentie.

Obiectio

Responsio

¶ Alia regula est ista. quando arguitur ab vniuersali ad suã particularẽ/siue indiffinitã/siue subalternã affirmatiue siue negatiue ẽ ꝯña bona. vt quilibet homo currit: ergo aliq̃s homo currit. nullus homo currit: ergo aliquis homo nõ currit. ¶ Alia regula est ista. ab vniuersali affirmatiua ad suam singularẽ affirmatiuã cũ debito medio est ꝯña bona. vt oĩs homo currit: ille ẽ homo: ergo ille homo currit. sed sine debito medio non valet consequentia: quia non sequitur quilibet homo currit: ergo ille homo currit quodcũq3 demonstratur sed aliqñ tenet gratia terminorũ: vt in terminis significãtibus res incorruptibiles. vt omnis sol lucet: ergo iste sol lucet. Et aliqñ in nominib⁹ partitiuis. vt vterq3 istorũ currit: ergo iste istorũ currit. ⁊ qñ añs est impossibile. vt omnis homo ẽ lapis: ergo iste homo est lapis. ¶ Alia regula est ista. A particulari ad suã indiffinitam est ꝯña bona ⁊ econtra. vt aliquis homo currit: ergo homo masculus currit. homo currit ergo aliquid qđ est homo currit. ¶ Alia regula est ista. ab vniuersali negatiua ad suam singularem negatiuam est consequentia bona. vt null⁹ homo currit: ergo iste homo non currit.

¶ Alia regula. In oĩ ꝯsequẽtia bona ⁊ formali si añs sit verũ ꝯñs erit verũ. q2 ex veris nihil sequitur nisi verũ. ⁊ si añs sit falsum nõ seq̃tur q̃ ꝯñs erit falsum. vñ. Ex falsis verũ: ex veris nil nisi verũ. ¶ Alia regula est ista. ex impossibile sequitur quodlibet. vt vos estis asinus: ergo vos curritis. ¶ Itẽ necessariũ sequitur ad qđlibet. vt vos curritis: ergo deus est. ¶ Alia regula est ista. ex cõtingenti nũq3 sequit̃ impossibile. vt homo currit: ergo nullus deus est.

Versus

¶ Item ex necessario nunq̄ sequitur contingens: vt ista consequētia nō valet: ... est: ergo vos curritis. ¶ Alia regula est ista qñ arguitur ab inferiori ad suū superius cū negatione postposita ⁊ cū debito medio est cōsequētia bona vt hō nō currit/ ⁊ homo est aīal: ergo aīal nō currit. ¶ Notandū q̄ inferius dr̄ duob⁹ modis .s. inferius per se/ ⁊ inferius per accidēs. Inferius per se est vt iste termin⁹ homo ad istū terminū aīal: ⁊ aīal ad corpus ⁊ corp⁹ ad substantiā. Inferi⁹ p accñs est quilibet terminus qui cū addito sumitur respectu alterius termini: vt iste terminus homo albus est inferius ad istū terminū hō ꝓpter hāc rōnem. Quelz habēs per modum appositiōis vł additionis respectu alterius est inferius eo. Ex hoc notandum sequitur hec regula. ¶ Qñ arguitur ab inferiori ad suū superius sine negatione sine distributione: ⁊ sine aliqua dictione habēte vim negationis vel distributionis est ꝯsequētia bona tā per se q̄ per accidēs. per se vt homo currit: ergo aīal currit. per accidens hō albus currit: ergo homo currit.

¶ Et notandum q̄ tripliciter contingit arguere ab inferiore ad suū superius a parte subiecti/ a parte predicati ⁊ a parte vtriusq̄.

¶ A parte subiecti qñ subiectū in añte est inferius ad subiectū i cōsequēte: vt homo currit: ergo aīal currit. ¶ A parte predicati qñ predicatū in añte est inferi⁹ ad predicatū in ꝯñte. vt homo currit: ergo homo mouetur. ¶ A parte vtriusq̄ quādo subiectū et predicatū in añte sunt inferius ad subiectū ⁊ predicatū in consequēte: vt homo currit: ergo animal mouetur.

¶ Nota quinq̄ modis fallit hec regula. Arguendo ab inferiori ad suum superius. ¶ Primo mō qñ arguitur ab inferiori ad suū superius a parte subiecti cū negatiōe ꝓposita. vt null⁹ hō currit: ergo nullū aīal currit. ¶ Scdo mō qñ arguitur ab inferiori ad suū superius a parte predicati dictiōe exclusiua addita subiectis: vt tantū hō currit: ergo tm̄ hō mouetur. ¶ Tertio modo qñ arguitur cū nota alietatis vel differētie ꝓposita: vt hō est aliud ab aīali: ergo hō est aliud ab animali. ¶ Quarto mō qñ arguitur cum distributione vel cum aliqua dictione habente vim negationis vel distributionis: vt omnis homo currit: ergo oē aīal currit. ¶ Quinto mō qñ arguitur ab inferiori ad suū superi⁹ cū aliqua istarum dictionū q̄z vel sicut vel cū cōparatiuo vel superlatiuo gradu: tunc non valet consequētia: vt vos estis ita fortis sicut ille hō: ergo vos estis ita fortis sicut homo. vos estis fortior isto homine: ergo vos estis fortior homine. Uos estis fortissimus istorum hoīm: ergo vos estis fortissimus hominū. Sed qñ arguitur a superiore ad suū inferius cū aliqua istarū dictionū: tūc est consequentia bona/ vt vos estis ita fortis sicut homo: ergo vos estis ita fortis sicut ille hō. vt vos estis fortissimus hominū: ergo vos estis fortissimus istorū hominū. ¶ Alia regula est ista arguendo a superiori ad suum inferi⁹ sine negatione/ sine distributiōe/ vel aliqua dictione habēte vim negationis vel distributione nō valet ꝯña de forma: vt animal currit: ergo homo currit. licet aliqñ tenet de materia. vt animal ridet: ergo homo ridet.

Regla notāda

¶ Alia regula est ista. In omni ꝯña bona et formali qñ arguitur ab inferiori ad suum superi⁹ distributo cōsequente sequit añs distributū si cōsequens sit distribuibile: ⁊ añs similiter. vt homo currit ergo aīal currit. ideo sequitur omne aīal currit: ergo ois homo currit.

Obiectio.

¶ Sed cōtra istā regulā arguitur sic ista ꝯña est bona/ homo currit: ergo hō mouetur ⁊ tñ non sequitur ois hō mouetur: ergo ois hō currit/ ergo regula non valet.

Responsio.

¶ Huic dr̄ q̄ ꝯñ⁹ no tenet a parte predicati in affirmatiuis: tamen tenet in negatiuis: vt nullus homo mouetur: ergo nullus homo currit. Similiter arguendo a superiori ad suum inferius in terminis accidentalibus sine debito medio cum distributione affirmatiua ꝓpositā nō valet ꝯña de forma/ vt omne coloratū est: ergo omne album est. sed cum debito medio est consequentia bona. vt omne coloratum est: omne album est coloratum: ergo omne album est.

¶ Alia regula. ab actiua ad passiuā est ꝯña bona ⁊ ecōtra: vt Ego amo vos: ergo vos amamini a me. ⁊ vos amamini a me. ergo. ⁊c.

De exclusiuis.

SEquitur de dictionibus exclusiuis ꝛ sunt iste tantum/ ꝛ tantūmodo: solū/ solummodo/ precisse/ ꝛ dūtaxat. Et quelibet ꝓpositio i qua ponit̄ aliqua istaꝝ a parte subiecti debet exponi p [redacted] exponentes: siue sit affirmatiua siue negatiua/ quaꝝ ꝑma erit ei⁹ preiacens. Scd̄a erit vniuersalis de subiecto ꝛ qualitate oppositis/ subiecto ꝛ qualitati preiacēt̄s. Exēplū: vt tm̄ homo currit: sic exponitur: hō currit: ꝛ nihil non hō currit. Tm̄ homo non currit. sic exponitur homo nō currit: sed quodlibet nō homo currit: vl' quodlibet aliō ab hoīe currit. ¶ Prima regula est hec ab exclusiua ad suū ꝑiacens est ꝯn̄a bona: sed nō ecōtra: vt tm̄ homo currit: ergo hō currit. Et preiacēs exclusiue est illud qđ remanet dempta dictione exclusiua vt homo currit est preiacens istius homo currit. tantum

¶ Alia regula est illa. ab exclusiua affirmatiua ꝛ nō negatiua ad suum vniuersale in terminis trāpositis: in terminis rectis in singulari numero cum ꝟbo de p̄nti/ ꝛ non ampliatiuo: est ꝯn̄a bona: vt tm̄ hō currit ḡ omne currēs est homo: ꝛ ecōtra. omne est currens homo. ergo tm̄ homo currit. Uerba ampliatiua sunt ista. incipit/ desinit/ potest/ ꝛ apparet ꝛ oīa verba de p̄terito ꝛ futuro que possunt predicare de re existente ꝛ non existente. vt homo nō existēs potest esse rome. Similiter antichristus potest esse qui nondū est: sed in obliquis ꝛ in hypotheticis non valet ꝯn̄a. vt cuiuslibet hoīs asinus currit. ergo tm̄ currens est hoīs asinus: qꝛ antecedēs potest esse verū ꝛ consequens falsum posito ꝙ quilibet homo habeat duos asinos/ vnū currentem et alterū iacentē iam atetecedens est verum et consequens falsum. Nota de ꝟbis ampliatiuis.

¶ Alia regula est ista. Ab vna exponēte exclusiue ad exclusiuam non valet consequentia: vt homo currit ergo tantum homo currit.

¶ Alia regula est ista. ab exclusiua ad vnam eius exponentem est consequentia bona. vt tm̄ homo currit. ergo nichil aliud ab homine currit.

¶ Et notandum ꝙ oppositum exclusiue debet dari ꝑ negationem prepositā. n toti. vt tm̄ homo currit. oppositū huius est hoc. non tm̄ homo currit: qđ debet ꝓbari per duas causas veritatis que debent dari ꝑ vnā disiunctiuā factā ex oppositis partium exponentium exclusiue affirmatiue vt nō tm̄ homo currit. habet pro causis veritatis istas duas propositiones. Nichil quod est homo currit. vel aliquid non homo currit. Et oppositū exclusiue affirmatiue equiualet vni disiunctiue facte ex oppositis partium exponētium exclusiue affirmatiue: vt nō tm̄ hō currit. equiualet huic: nichil qđ est homo currit: vel aliquid non homo currit. ꝛ debet probari per illas.

¶ Item quando arguitur a ꝓpōne habente plures causas veritatis ad vnā illaꝝ non valet ꝯn̄a. vt hic nō tm̄ hō currit. ḡ aliqđ nō hō currit. Uel sic. nō tm̄ hō currit ḡ nihil qđ est homo currit. qꝛ antecedens pōt esse verū ꝛ ꝯn̄s falsum. posito ꝙ homo ꝛ asinus currāt. vel ponēdo ꝙ nichil currat. iam an̄s est verū scꝫ ꝙ nō tm̄ homo non currit: qꝛ habet vnā causam veritatis veram ꝛ ꝯn̄s est falsum: scꝫ nichil qđ est homo currit: qꝛ eius oppositū est verum: scꝫ aliquid qđ est homo currit.

¶ Alia regula est ista. quando arguitur ab vna cā veritatis ad propositionem habentem illam: tunc illa ꝯn̄a est bona. Ut nichil qđ est homo currit. ergo non tm̄ homo currit. Et qn̄ arguitur ab vtraqꝫ causa veritatis ad ꝓpōnē habentē illam. tūc ꝯn̄a illa est bona: et econtra. Ut nichil qđ est homo currit: vel aliquid non homo currit: ergo non tm̄ homo currit: et econtra non tm̄ homo currit. ergo nichil quod est homo currit. vel aliquid non homo currit.

¶ Alia regula est ista. quando arguitur ab inferiori

ad suũ superiꝰ a parte subiecti dictiõe exclusiua addita subiectis est ꝯña bona: vt tm̄ hõ currit. ergo tm̄ animal currit. Sed a parte ꝑdicati non valet ꝯña. vt tantũ homo currit: ergo tm̄ homo mouetur. Sed aliquãdo tenet gratia terminorum vt tm̄ vos differtis ab hoĩe ꝗ tm̄ vos differtis ab animali.

¶ Alia regula est ista. quando dictio exclusiua additur dictioni signãti nũerũ vltra nũerũ binariũ: tũc dupliciť hꝫ exponi. s. rõne pluralitatis / ⁊ rõne alietatis. Rõne pluralitatis sic exponitur: tm̄ quattuor hoĩes currũt. quattuor hoĩes currũt ⁊ nõ plures. ꝗ̄ quattuor hoĩes currũt. Rõne alietatis sic exponitur. quattuor hoĩes currunt ⁊ nulli alij hoĩes ꝗ̄ quattuor.

¶ Alia regula est ista. Ab exclusiua affirmatiua ad suam exceptiuã negatiuam est ꝯña bona: in cõmunibus terminis: nõ in terminis transcẽdentibus ꝯsequentia bona: et econtra vt tantum homo currit. ergo nichil preter hominem currit. ¶ Notandum ꝙ quattuor sunt ordines exclusiue. Primus est quãdo dictio exclusiua ꝑponitur subiecto vt tm̄ homo currit. Secũdus est. quando dictio exclusiua immediate sequitur subiectũ. vt homo tantum est currens. Tertius est quãdo dictio exclusiua postponitur principali verbo. vt homo est tm̄ currens. Quartus est quando ponitur inter partes predicati: vt tu es videns tm̄ hominem. ¶ Et notandũ ꝙ secundum aliã ⁊ aliã situationẽ dictionis exclusiue in propositione exclusiua propositio debet aliter ⁊ aliter exponi exemplum. Aliquãdo enim precedit totaliter in propositione. Ut tantum vides hominem. Et sic exponitur. Tu vides hominem et nichil nõ tu vides hominem. Aliquando immediate preponitur verbo. vt tu tantum vides hominem: sic exponitur. Tu vides hominem et nichil aliud facis ꝗ̄ vides hominem. Aliquando preponitur totaliter predicato: vt tu es tantũ vidẽs hominem. sic exponitur. Tu es videns hominẽ et non es aliud ꝗ̄ videns hominẽ. Aliquando ponitur iñter partes ꝑdicati: vt tu es vidẽs tm̄ hoĩem ⁊ tunc sic hꝫ exponi tu vides hominem: et nõ vides aliud ꝗ̄ hominem. Et eodem modo exponitur illa: hic tm̄ hoĩem vides. ¶ Item tu es similis solũ sorti. sic exponiť. tu es similis sorti: ⁊ non es similis alij ꝗ̄ sorti. ergo tu es similis solum sorti. ⁊c.

Sequitur de dictionibus exceptiuis. Et sunt iste. preter / preterꝗ̄ / et nisi / ⁊ his consimiles.

Et quelibet propositio in qua ponitur aliqua istarum a parte subiecti debet exponi ꝑ duas exponẽtes. sed primisꝗ̄ dicaĩ de eiꝰ expositionibꝰ. ¶ Nota ꝙ pars extra capta vocatur illud qꝺ imediate sequiť dictionẽ exceptiuã. Et preiacens est illud qꝺ remanet dempta dictione exceptiua cum parte extra capta vt in ista ꝓpositione. Oĩs homo ꝑter sortem currit. hic sortes est pars extra capta et hec ꝓpositio. oĩs homo currit est preiacens. ¶ Et notandũ. ꝙ si exceptiua sit affirmatiua: prima eiꝰ exponẽs erit negatiua: cuius subiectũ erit pars extra capta ⁊ predicatũ ⁊ copula erũt eadẽ q̄ erant exceptiue: scđa erit vniuersalis affirmatiua in qua ꝑmo sumiť signũ vniuersale affirmatiuũ cũ subiecto preiacẽtis. cũ ista dictione aliꝰ / a / ud / in eodẽ casu / gñe ⁊ nũero: cũ parte extra capta in ablatĩo casu. vt ista oĩs homo ꝑter sortem currit. sic exponitur sortes non currit / sed oĩs homo aliꝰ vel alia a sorte currit / ꝗ̄ oĩs homo preter sortem currit. Et si exceptiua sit negatiua. prima exponens erit affirmatiua ⁊ reliqua erit illa q̄ dabitur sicut priꝰ: preterꝗ̄ in loco signi vniuersalis affirmatiue: ponitur signum vniuersalis negatiue: vt nullus homo preter sortem currit. sic exponitur. sortes currit sed nullus alius vel alia a sorte currit. ergo. ⁊c. Et iste exponentes tenentur generaliter in exceptiuis ꝓprijs. ¶ Pro quo notandũ est. ꝙ nulla exceptiua dicitur propria nisi eius preiacens sit propositio vniuersalis affirmatiua vel negatiua a quã dicitur exceptiua constitui. Unde ista exceptiua non est propria. Ali=

nis homo preter sortem currit.

¶ Alia regula est ista. Omnis exceptiua propria re-
pugnat suo preiacenti: vt ille repugnant. omnis hō currit: et omnis homo pter
sortem currit. Nam dicuntur propositiones repugnare: q̄n nō possunt simul sta-
re in veritate: vel cū ex vna, sequitur oppositum alterius: sicut et in propositis.
¶ Et nota q̄ ad omnem exceptiuam propositionem quattuor requirūtur: scili
cet preiacens. exceptiue. subiectū preiacētis/pars extra capta et illud respectu
cuius sit exceptio.

¶ Alia regula. ab exceptiua ad eius exponētes tam
diuisim q̄ coniunctim est ɔ̄sa bona: et ecōtra cōiunctim. vt sequit̄ ōis hō pter sor
tē currit. ergo sortes nō currit. Et similiter ōis hō pter sortē currit. ergo ōis hō ali⁹
vel alia a sorte currit. Et sic [redacted] coniunctim. ōis hō pter sortē currit. ergo sor
tes nō currit. sed omnis homo alius vel alia a sorte currit. Et sequitur econtra
cōiunctim. Ut sortes non currit: sed ōis homo alius vel alia a sorte currit. ergo
ōis homo preter sortē currit. ¶ Nota differentia est inter istos tres terminos:
preter/preterq̄/et nisi. Nam preter et preterq̄ sumuntur indifferenter tam in
affirmatiuis q̄ negatiuis. et nisi solum in negatiuis.

¶ Alia regula est ista. Propositio in parte vera et in
parte falsa potest verificari p exceptionem partis false. vel partium falsar. Et
propositio in parte vera et in parte falsa habet aliquas propositiones singulares
veras: et aliquas falsas: vel aliam veram et aliam falsam. Unde posito q̄ sortes
sedeat. et omnis homo non sortes currat: tunc hec propositio omnis homo cur-
rit: e in parte vera et in parte falsa: et habet verificari p exceptionē partis fal-
se: sc̄z sortes currit: sic omnis homo preter sortem currit. Et si sortes et plato se-
deāt. Et ōis hō nō aliter istorū currit: tunc habet verificari per exceptionē par
tiū falsarū sic. Ōis homo preter alterū istorū currit. demōstrando sortem et pla
tonem. Unde semper si exceptio fiat pro pluribus habet dari per terminū par
titiuū vel cum disiunctione. vt patet in istis exceptiuis predictis.

¶ Alia regula est ista. Si exceptiua sit propria requi
ritur q̄ pars extra capta sit inferior ad subiectum preiacentis: vt omnis homo
preter sortem currit.

¶ Alia regula est ista. Si tot excipiuntur quot suppo
nuntur: tunc exceptiua est impropria: vt patet per eius diffinitionem. Quia ex
ceptio est extra captio partis a suo toto. Unde ista exceptiua est ipropria. Ōis
homo preter hominē currit. quia tot excipiuntur quot supponuntur.

¶ Contra ista est satis propria: nullus sol preter istū Obiectio
lucet. Et hic tot excipiuntur quot supponūt̄ ergo regula nulla. Dico q̄ regula
predicta est satis bona: et habet intelligi quando illud qđ supponitur et illud qđ Responsio
excipitur eodem modo excipitur quo supponitur. sed sic non est hic. q2 vnus ter
minus supponit discrete et alius cōfuse et distributiue.

¶ Alia regula est ista: In omni exceptiua vera et af
firmatiua predicatū dicitur de subiecto preiacētis et remouetur a parte extra
capta. Ut ōis homo pter sortem currit currens remouetur a sorte: et dicitur de
ly homine. Sed in exceptiua negatiua predicatum dicitur a parte extra capta
et remouetur a subiecto preiacentis: vt nullus homo preter sortem currit: cur
rere dicitur de parte extra capta: et remouetur a ly homine: quod est subiectum
precedentis.

¶ Alia regula est ista. oppositum exceptiue dz dari

per negationē prepositā toti: sicut oppositū exclusiue z habet duas causas veritatis. ¶ Et nota q̄ non est verius dari oppositū alicuius propositionis cathegorice q̄ preponere negationem toti. vel delere eam si preposita fuerit. zc.

De copulatiuis regule.

¶ Prima regula est ista. Si vna pars copulatiue sit falsa. tota copulatiua est falsa. z si vtraq; pars copulatiue est vera. tota copulatiua est vera.

¶ Alia regula est [redacted] arguendo a tota copulatiua ad alteram eius partem est cōsequentia bona et formalis [redacted]

¶ Alia regula est. A toto copulato ad alteram eius partem est cōsequentia bona. vt sortes z plato currūt: ergo plato currit. nisi cum verbis significantibus diuisionem: vt sortes z plato trahunt lapidem. ergo plato trahit lapidem. non valet consequentia.

¶ Alia regula est. A parte copulatiue ad totā copulatiuam non valet cōsequentia de forma. Sed quinq; modis tenet de materia. Primo modo qn̄ copulatiua fit ex parte inferiori z superiori: tunc arguendo a parte inferiori ad totā copulatiuā est cōsequentia bona: vt vos estis homo: ergo vos estis homo z vos estis animal. ¶ Secūdo modo quando copulatiua fit ex parte contingenti z ex parte necessaria: tunc arguēdo a parte cōtingenti ad totam copulatiuā est cōsequētia bona vt vos curritis: ergo vos curritis z deus est. ¶ Tertio modo quando copulatiua fit ex [redacted] possibili z ex propositione impossibili: tunc arguendo a parte copulatiue que est impossibilis ad totam copulatiuā est consequentia bona. vt vos estis asinus: ergo vos estis asinus z vos curritis. ¶ Quarto quando copulatiua fit ex partibus conuertibilibus. tunc arguendo a parte copulatiue ad totam copulatiuā est cōsequentia bona. vt vos estis homo. ergo vos estis homo z vos estis animal rationale. ¶ Quinto qn̄ copulatiua est facta ex duabus partibus quarū vna non pōt esse vera sine altera: tūc arguendo ab illa parte copulatiue q̄ nō pōt esse vera sine altera: ad totam copulatiuā est consequentia bona: vt vos sedetis ergo vos sedetis et vos estis homo.

¶ Alia regula. Ista dictio et quādoq; tenetur copulatiue z aliquando copulatim. Tenet copulatiue qn̄ copulat inter ppōnes: vt vos estis aīal: z vos estis substātia. Tenet copulatim qn̄ copulat inter terminū z ppositionē: vt tu es aīal z asinus. ¶ Itē qn̄ ille terminus z tenet copulatim tūc talis ppositio est distinguenda penes sensum compositū z sensum diuisum. Qn̄ est sensus cōpositus oportet q̄ maneat idem subiectū/ vt tu es [redacted] animal z [redacted] asinus: z hec est falsa. Quando sensus diuisus est: tunc oportet q̄ maneat idem predicatū: vt tu es animal z asinus [redacted] z hec est vera.

¶ Alia regula/ oppositum copulatiue est vna disiunctiua facta ex oppositis partium copulatiue illius/ vt homo currit z aīal currit. Oppositum eius est hoc/ nichil q̄d est homo currit/ vel nullum animal currit.

¶ Sequitur de disiunctiuis.

¶ Prima regula est hec. Si vna pars disiunctiue sit vera/ tota disiunctiua est vera/ z si ambe partes sint false/ illa disiūctiua est falsa. vt vos estis asinus vel vos estis capra. ¶ Alia regula est hec: arguēdo a parte disiunctiue ad totam disiunctiuā est cōsequentia bona: vt homo currit ergo homo currit/ vel asinus sedet. Alia regula est ista. a tota disiunctiua ad alteram eius partem non valet consequentia de forma. vt vos curritis vel vos sedetis/ ergo vos curritis. Sed quinq; modis tenet gratia terminorum.

arguendo a pte disiunct. ad totā disiunct. est consequentia bona. &

¶ Item regula est q in omni exclusiua affirmatiua predicatū stat cōfuse et distributiue si sit terminus cois. Sed ꝯtra. tūc valet ista ꝯña tm̄ sortes videt aial / asinus est aial: ergo tm̄ sortes videt asinū. Et q sit bona probatur: quia arguitur a termino stante confuse et distributiue ad aliquod eius suppositū cū debito medio. ergo &c. Et q nō valet probatur: et pono istū casū q sortes videat equū et nichil aliud. et nichil in mundo videat animal nisi sortes. iam añs est verū et ꝯña falsum: vt patet per exponentes. Huic dicatur q regula est bona. et negatur ꝯña. nec arguitur a termino stante confuse et distributiue: nec debitū mediū hīc datur. sed sic habet dari. tantū sortes videt aial. hoc est videns aial. ergo tm̄ sortes est hoc videns animal quocunque demonstrato. quia debitū mediū debet dari. vt hoc pronomen hoc sit subiectū / et hoc verbū est erit copula: et terminus distributus erit predicatum quod est ly videns aial: cū sit predicatū in exclusiua.

¶ In omni exclusiua affirmatiua subiectum stat cōfuse tm̄ si sit terminus cōis. Sz cōtra sequitur hic tm̄ hō currit: et illi sūt hoīes: ergo ille currit vel ille vel illa: et sic de singulis. ergo ly hō quod id est subiectū stat determinate et nō cōfuse: quia cōtingit eū descēdere ad sua singularia disiūctiue. Huic dicatur q regula est bona. et cōcedatur ꝯña facta. Ubi nota q dictio nō dr̄ supponere determinate propter hoc q cōtingit eū descēdere ad sua singularia disiunctiue. sed quia contingit eū descēdere et ascendere similiter. quod nō est verū in proposito: quia nō sequitur ille hō currit: vel ille: et illi sunt hoīes: ergo tm̄ homo currit.

¶ Preterea regula est. q omnis exceptiua propria repugnat suo preiacenti. Sz cōtra. quia ex illo sequitur q duo repugnātia pn̄t simul esse falsa. nullū aial preter equuz est hō. et nullū aial est hō ista sunt simul falsa: et ista repugnant vt patet per regulā. Huic dicatur cōcedendo regulam. et similiter cōcedendo q ista duo repugnantia pn̄t simul esse falsa. Ut illa duo vos statis et vos sedetis. sed duo repugnantia non pn̄t simul esse vera. ¶ Sed contra vltimā particulā ista sunt simul vera. Vos differtis ab omni homine preterquam a vobis. et vos differtis ab omni hoīe: et illa duo repugnāt. vt patet per regulā. ergo duo repugnātia pn̄t simul esse vera. Huic dicatur q illa nō repugnant. nec est ipsa exceptiua propria nisi cuius subiectum preiacentis stat confuse et distributiue: sed subiectum eius assignati stat discrete. ergo &c.

¶ Item ab exceptiua negatiua ad suam exclusiuam affirmatiuā semper est ꝯña bona et econtra. Sed cōtra. tūc valet ista ꝯña. nullus hō preter sortē currit. ergo tm̄ sortes currit. Sed q illa ꝯña non valet probatur. et pono q sortes currat. ita q nullus hō alius vel alia a sorte currit. cū hoc q asinus currat. sic añs est verū et ꝯña falsum. Huic dicatur concedendo regulam negando consequentiam et dicendo q illa non est exclusiua illius exceptiue: sed ista tātū sortes est homo masculus currens.

¶ Item supponatur pro regula ꝙ si antecedẽs potest
esse verum sine ꝯñte. illa ꝯña nõ valet. Sʒ ꝯtra: qꝛ tũc ista ꝯña nõ valet hõ currit
ergo animal currit. Probaꝛ ⁊ volo ꝙ illa ꝑpositio hõ currit: qꝺ est añs ꝑmaneat
per totã horã: ⁊ ꝙ ꝯñs corrũpatur ante finẽ huius hore. sic añs est verũ sine ꝯñte
huic dicatur ꝙ illud suppositũ non est regula: sed illa est regula: cũ illud qꝺ pma
rie ⁊ adequate significat añs potest esse sine illo qꝺ primarie et adequate signifi=
catur per ꝯñs: non valet ꝯña. Et dicitur adequatũ significatũ cũ cuilibet termi=
no in propõne correspondet aliquid in significato.

¶ Preterea supponiꝛ. ꝙ arguendo ab actiua ad passi=
uam est ꝯña bona. Sʒ cõtra. tũc nõ valet ista ꝯña oĩs hõ videt hoĩem ergo hõ videꝛ
ab hoĩe. Sed ꝙ nõ valet ꝓbatur. ⁊ pono istũ casũ ꝙ sint plures hoĩes. ⁊ oĩs hõ vi
deat seipm solũ. sic añs est verũ ⁊ ꝯñs falsum: vt ptʒ ꝑ exponẽtes. Huic dicaꝛ ad=
mittẽdo regulã dicẽdo ꝙ nõ est sua passiua: sed illa. ab oĩ hoĩe videꝛ hõ qꝛ termi
ni hñt eodẽ mõ supponere in actiua sicut in passiua. Sed in argumẽto ly hoĩe in
añte ratione verbi stat cõfuse tm̃: sed in ꝯñte determinate. ¶ Vñ passiua istius ꝓ
mitto tibi denariũ. ẽ ista. a me ꝓmittitur tibi denarius. et similiter passiua isti⁹.
oĩs hõ videt hoĩem. est hec. ab omni homine videtur homo.

¶ Item supponitur hec regula. Arguendo a tota co=
pulatiua ad alterã eius partẽ est ꝯña bona. Sʒ ꝯtra. tũc valet ista ꝯña: vos differ
tis ab hoĩe ⁊ ab asino. ergo vos differtis ab hoĩe. sed ista ꝯña nõ valet: qꝛ añs est ve=
rũ ⁊ ꝯñs falsũ. Huic dꝛ cõcedendo regulã ⁊ negaꝛ ꝯña. ⁊ distinguaꝛ de añte. vtrũ
ly ⁊ teneꝛ copulatiue vł copulatim. Si tenetur copulatiue añs est impossibile: ⁊
tunc est ꝯña bona. Si tenetur copulati: tunc ꝯña nõ valet. nã añs est verũ vt ptʒ
per exponentes sic vos estis et homo ⁊ asinus sunt ⁊ vos nõ estis hõ ⁊ asinus er=
go. ⁊c̃. Nã hec nõ est regula. a toto copulato ad alterã eius partem sed a tota co
pulatiua ad alteram eius partem.

¶ Item arguendo a parte disiunctiua ad totã disiun
ctiuã est ꝯña bona. Sʒ ista ꝯña nõ valet: vos differtis ab asino: ergo vos differtis
ab hoĩe vel ab asino. Sed ꝙ nõ valet ꝓbaꝛ: qꝛ añs est verũ ⁊ ꝯñs falsum. Huic di
caꝛ admittendo regulã. ⁊ negaꝛ ꝯña facta ⁊ distinguatur de ꝯñte. Eo ꝙ ly vel te
netur disiũctiue vel disiunctim. Si tenetur disiũctiue ꝯñs est ita verũ sicut et añs
illo mõ. Vos differtis ab hoĩe. vel vos differtis ab asino ⁊ sic ꝯñs habet ꝓbari per
partes: ⁊ non ratione huius verbi differt. Si tenetur disiũctim. ꝯña nõ valet. sed
añs est verũ ⁊ ꝯñs falsum vt patet ꝑ exponentes: et sic habet ꝓbari ratione pmi
termini probabilis. sed hec regula non tenet generaliter a parte disiuncti ad to
tum disiunctũ. Nã aliqñ tenet sic argumentũ. vos estis hõ. ergo vos estis hõ vel
asinus. ⁊ aliqñ nõ tenet vt hic. vos non estis asin⁹. ergo vos nõ estis hõ vel asin⁹. Nota
Nota ꝙ arguendo a parte disiuncti ad totũ disiunctũ vbi distributio vel negatio
precedit non valet consequentia.

¶ Ab vniuersali ad suam singularem sine debito me
dio non valet ꝯña. Sʒ contra. hec est bona. oĩs sol lucet. ergo ille sol lucet et tñ hic ar
guiꝛ ꝯ̃m regulã. ergo regula nõ valet. Huic dicatur ꝙ illud allegatũ nõ est regula
sed hec est regula arguendo ab vniuersali affirmatiua ad suã singularẽ affirma
tiuam sine debito medio. non valet consequentia de forma. Unde põt concedi ꝙ
ꝑdicta ꝯña non valet de forma: ꝗuis bene valet de materia.

¶ Item omnis propositio vera et affirmatiua cõuer
titur cum seipsa dictione exclusiua addita totali predicato. Sed contra tunc ista
ꝯña valet. hõ est asinus sigt sicut est: ergo hõ est asinus significat precise sicut est.
Et ꝙ ista ꝯña non valet patet. qꝛ añs est verũ ⁊ ꝯñs falsum. ꝙ añs sit verũ proba
tur ista. homo est asinus significat sicut est. nã ista sigt hoĩem esse et sic est: ergo sꝫ

gnificat sicut est. sic añs est verũ. Et ꝙ ꝯña sit falsum: ptz ꝑ eius exponẽtes sic. hõ est asinus. sigt sicut est. ⁊ nõ aliter ꝙ̃ est: qδ est falsum. Huic dicat admittendo regulã. ⁊ negetur ꝯña facta: nec arguitur fm regulã. sed sic argueretur: hõ est asinꝰ significat sicut est: ḡ hõ est asinꝰ. est p̄cise significãs sicut est. Aliter põt huic rñdere. cõcedẽdo ꝯñam. nõ tñ ꝓpter regulã: qꝛ nõ arguitur fm illã: sed qꝛ isti tres t̃mi sicut est: p̄cise sicut est / ⁊ nõ aliter ꝙ̃ est: cõuertũtur / ⁊ cõcedendo ꝙ ista ꝓpõ. hõ est asinꝰ significat p̄cise sicut est ⁊ nõ aliter ꝙ̃ sicut est: sed nõ adequate ⁊ cõcedat ꝙ hec ꝓpo significat p̄cise sicut est. ⁊ hoc sic ꝓbatur. hec significat sicut est et non aliter ꝙ̃ sicut est. ⁊ ipsa ꝓbans sic probatur. qꝛ significat hoiem esse et sic est / ⁊ nõ aliter ꝙ̃ est: ḡ. ⁊c̃. Unde hec duo possunt concedi sicut non repugnantes. hec significat sicut est. et hec significat aliter ꝙ̃ est: vt ille cõceduntur. vos amatis hoiem. ⁊ vos amatis non hominem.

¶ Similiter illa regula. Arguendo ad inferiori ad suum superiꝰ sine negatiõe / sine distributiõe: ⁊ sine aliq̃ dictiõe hñte vim negatiõis vl distributionis ꝑposita est ꝯña bona. sed cõtra ex hoc seqtur ꝙ necessariũ est impossibile. sic aial esse hoiem est necessariũ. ⁊ aial esse hoiem est ipossibile. ergo necessariũ est ipossibile: qꝛ aial esse hoiem est necessariũ. ptz ꝑ eius officiãtes: qꝛ asinum esse hoiem est ipossibile: ergo aial esse hoiem est impossibile. ptz ꝯña: arguit ab inferiori ad suũ superiꝰ sine negatione sine distributiõe. ⁊c̃. añs ptz de se. Huic dicatur admittẽdo r̃lam: ⁊ negetur argumẽtũ. ⁊ distiguatur de añte tã ꝑ maiori ꝙ̃ ꝑ minori. vtrũ tenetur i sensu cõposito vl' in sensu diuiso. si vtraq; tenetur in sensu cõposito. sic minor est falsum et ipossibile. vt ptz ꝑ eiꝰ officiãtes si vtraq; tenetur in sensu diuiso. sic maior est falsa: vt patet per resoluentes ⁊ maior tenetur in sensu composito / et minor in sensu diuiso. non valet ꝯña. sed añs est verũ ⁊ ꝯñs falsũ. ⁊ cũ arguitur sic: asinũ esse hoiem est ipossibile: ergo aial esse hoiem est ipossibile. negatur ꝯña: ⁊ distinguatur vtrũ ꝯñs tenetur i sensu cõposito: vl' i sensu diuiso. Si tenetur in sensu diuiso. cõcedatur ꝯña qꝛ tũc arguitur fm r̃lam. Si tũc arguitur sic ⁊ ꝯña tenetur in sensu cõposito non valet ꝯña: nec arguitur fm r̃lam. qꝛ arguitur cũ ipedimẽto. s. cũ negatiõe ꝑposita quo ad debitũ intellectũ. vñ concedatur ista in sensu cõposito. aial esse hoiem est necessariũ ⁊ cõcedatur ꝙ aial esse hoiem est impossibile in sensu diuiso.

¶ Item regula est. In omni cõsequentia bona et formaliter q̄cq̃d sequitur ad ꝯñs sequitur ad añs. Sed cõtra. hec ꝯñs est bona. quadripedale est: ḡ bipedale est. sed hic aliq̃d seqtur ad ꝯñs: qδ nõ seqtur ad añs: ergo regula non valet. Minor sic ad ꝯñs seqtur ista propõ. pedale est maxima eius medietas. qꝛ seqtur. bipedale est: ergo pedale est maxima eiꝰ medietas. sed illa ꝓpõ nõ seqtur ad añs. Nã illa cõsequẽtia nõ valet quadripedale est: ergo pedale est maxima eius medietas. Huic dicatur cõcedendo regulã ⁊ cõsequẽtiã factã ⁊ negetur ꝙ aliq̃d sequitur ad cõseqũes qδ nõ sequitur ad añs. Et dꝛ ꝙ hec propõ pedale est maxima eius medietas. seqtur eodẽ modo ad añs quo sequitur ad cõsequens. nam sequitur ad consequens secundũ ꝙ ly eius refertur ad ly bipedale ⁊ sic sequitur ad añs: qꝛ hec consequentia est bona quadripedale est: ergo pedale est maxima eius medietas. i. bipedalis.

¶ Item contra istã regulam. in omni consequentia bona ⁊ formali q̄cq̃d ad añs añcedit et consequens. Nã illa consequentia est bona. pater est: ergo suus filius est. ⁊ tñ aliq̃d antecedit ad añs. quod non antecedit cõsequens. qꝛ illa propõ. filius est. antecedit ad añs: ⁊ nõ ad cõseqũes. nã seqtur filius est: ergo pater est. sed non sequitur filius est: ergo suus filius est. Huic dicatur, concedendo regulam et cõsequentiã factã ⁊ dicitur ꝙ illa propõ filius est antecedit ad cõsequens ipso modo quo illa: pater est antecedit ad consequens. nã illa añcedit ad cõseqũes secundũ ꝙ ly suꝰ refert ad ly pr̃. etiã sic filiꝰ est añcedẽs ad cõsequens. Nã seqtur. filius est: ḡ suus filiꝰ est. i. patris filius.

¶ Alia regula. A negatiua de predicato finito ad affirmatiuā de predicato infinito cū cōstātia subiecti est ɔn̄a bona. Sed cōtra. illa ɔn̄a nō valet. Aliqua propō nō est vera cui⁹ ɔtrariū est falsum: ⁊ aliqua propō est ergo aliqua propō est nō vera cui⁹ ɔtrariū est falsum. nā an̄s est verū pro maiori: q: eius oppositū est falsum: ⁊ ɔn̄s est falsum vt ptz. g̊ rl'a nō valet: vel nō arguitur per regulā. Huic dicatur q̄ idē allegatū nō est rl'a: sed illa ē regula. A negatiua de p̄dicato finito ad affirmatiuā de predicato infinito cū debitꝭ circūstātiis: vt si predicatū nō sit termin⁹ multū cōpositus ⁊ specialiter ex termino relatiuo est ɔn̄a bona: sed sic nō est propō. Sic̄ ista ɔn̄a non valet. Aliq̄s hō nō est pater qui genuit filium: ⁊ aliq̄s homo est nō pater q̄ genuit filium. an̄s est verum et consequens falsum.

¶ Similiter supponitur hec regula: q̄ qn̄ negatio postponitur signo ⁊ subiecto tūc facit illā propōnē eq̄pollere illi qđ an̄ aduentum illi⁹ negatiōis fuit ei⁹ ɔtrariū. Sꝫ ɔtra illā arguitur. ex illa seq̄retur q̄ nullū aīal ē probatur sic. nullū aīal aīal est: ergo nullū aīal est. An̄s p̄batur: oē aīal aīal nō est: ergo nullū aīal aīal est. ptz ɔn̄a: q: hic arguitur ab eq̄pollēte ad suū equipollens. Huic dicatur q̄ negatio postposita signo ⁊ subiecto si im̄mediate postponatur termino distributo: tūc facit illā propositionē equipollere illi propōni q̄ an̄ aduētum illi⁹ negatiōis fuit ei⁹ ɔtrariū: ⁊ tūc negetur q̄ nullū aīal est: ⁊ etiā q̄ nullū aīal animal est: ⁊ tūc negetur ɔn̄a cū arguit̄. oē aīal aīal nō est: g̊ nullū aīal aīal est: q: non arguitur ab equipollēte ad suū equipollēs: q: negatio nō postponitur immediate termino distributo. sed sic argueretur: oē aīal nō aīal est: ergo. ⁊c. sed tūc an̄s ē falsum. Cꝫ ɔtra istā correctionē rl'e p̄bādo q̄ asin⁹ est ille hō. sic tm̄ aīal est ille hō: ergo nihil nō aīal est ille hō. ptz ɔn̄s. q: arguitur ab exponēte ad scđam ei⁹ exponētē ⁊ vltra. nihil nō aīal est ill' hō: ergo nihil nō idē aīali est ille hō. ⁊ vltra: nihil nō idē aīali est ille hō: g̊ oē idē aīali est ille hō. ɔn̄a ptz p regulā p̄ri⁹ positā. ⁊ vltra: oē idē aīali est ille hō: asin⁹ est idē aīali: g̊ asin⁹ est ille hō. qđ fuit intentū. Huic dicatur cōcedēdo primā ɔn̄am: ⁊ scđam: ⁊ negādo tertiā. ⁊ dr̄ q̄ nō arguitur ab eq̄pollēte ad suū eq̄pollēs cū negatione postposita signo ⁊ subiecto: sed solū interponitur signo ⁊ subiecto ⁊ est pars subiecti: ⁊ iō nō facit equipollentiā: sed sic arguitur. nihil idem aīali non est idē hō: ergo oē idē aīali est ille homo. sꝫ tā an̄s est falsum sicut ⁊ ɔn̄s: ⁊ ɔn̄a est bona. ¶ Itē propō de contingēti ad vtrūlibet habet ɔuerti per oppositas qualitates. Sed cōtra. tūc valet illa ɔn̄a. contingit nullū motū eē hoiem: g̊ contingit oēm motū esse hoiem: q: hic arguitur a cōuertēte ad suā cōuersam. sꝫ illa ɔn̄a nō valet: nā an̄s est verū vt ptz per ei⁹ officiantes ⁊ ɔn̄s est falsum. Huic dicat̄ concedēdo regulā: ⁊ tm̄ non est rl'a q̄ ois propō contingēs ad vtrūlibet habet conuerti per oppositas qualitates: q: tunc esset illa bona. Tu curris: g̊ tu non curris. Un̄ in p̄posito sic argueretur. contingit nullum motū esse hoiem: ergo contingit aliquē motum esse hoiem. ⁊ sic est ɔsequētia bona: ⁊ ad particularē dr̄ q̄ sufficit vniuersalem negatiuam conuerti in particularem affirmatiuam et non semper in vniuersalem affirmatiuam.

¶ Item a conuertente ad suam conuersam est consequentia bona. sed contra tūc valet illa ɔn̄a. Omne a erit verū: ergo quoddam verum erit A. sed ista consequentia non valet. probatur. ⁊ pono q̄ a sit illa propositio deus est. que iam est vera: ⁊ post hoc erit vera: ita q̄ illa nunq̄ post hoc erit A. iam antecedēs est verū: ⁊ patet per exponētes ⁊ ɔsequēs est falsum: vt patet p resoluētes. ¶ Huic dicatur ɔcedēdo regulā. Et negādo ɔsequētiā factam q: nec arguitur a conuertēte ad suam conuersam. sed sic habet argui. Omē verū erit a: ergo quoddam futurum verū est vel erit A. quod est verum.

¶ Item regula est: q̄ vniuersalis negatiua habet

conuerti simpliciter. Sed ꝯtra tūc valet illa ꝯña. nullꝰ hō est mulier: ergo nulla mulier est homo: ȝ añs est verū ⁊ ꝯñs falsum. Ꝺ̃uic dicatur ꝯcedēdo regulā. ⁊ negando consequentiā factā: q̃r nō arguitur debite: sed sic debet argui. nullꝰ hō est mulier: ergo nulla mulier est homo masculus. ℂ Itē illa ꝯña nō valet: nullꝰ sortes fuit albus: ergo nullū albū fuit sortes. improbatur in casu q̄ sortes per aliqđ tēpꝰ preteritū fuit niger cum hoc q̄ iam sit albus / sic añs est verū ⁊ ꝯñs falsum: vt patet p eorū opposita. ⁊ ibi cum dicitur q̄ arguitur p regulā vt apparet. Dicitur tñ q̄ ꝯña nō valet nec debite arguitur. sed sic debet argui. Nullus sortes fuit albꝰ: ergo nullum preteritum albū est vel fuit sortes ⁊ iam ꝯñs est verū in casu posito sicut ⁊ antecedens.

ℂ Nota q̄ arguendo a conuertente ad suā conuersaȝ est ꝯña bona i ꝯuersione p accñs / sed nō ecōtra nisi aliq̃n forte gr̃a terminorū ⁊ materie. Vñ illa ꝯña est bona: oīs homo est albꝰ: ergo aliqđ albū est homo: sed ecōtra nō valet. sic arguendo quoddā albū est homo. ergo oīs homo est albꝰ. nā improbatur in casu q̄ sor. sit albꝰ / ⁊ nullꝰ hō aliꝰ a sorte sit albꝰ: ꝫ. ⁊c̄. Ȝ dr̄ q̄ sufficit vniuersalē ꝯuerti in particularē affirmatiuā ⁊ nō sȝ particularē affir. in vniuersalem.

ℂ Similiter arguendo ab inferiori ad suū superius sine aliquo impedimēto est ꝯña bona. Sed ꝯtra: tūc valet ista ꝯña differēs ab homine est: ergo differens ab illo hoīe est demōstrando vos. q̄r arguitur ſm regulaȝ nā subiectū in añte est inferiꝰ ad subiectū i ꝯsequēte. q̄r q̄cq̄d ē dr̄ñs ab hoīe ē dr̄ñs ab illo hoīe: sed nō ecōtra: ⁊ tñ ista ꝯña nō valet vt pȝ: posito q̄ ille hō demōstratꝰ in añcedente nō sit. Ꝺ̃uic dicatur q̄ idē suppositū nō est regula generalis: sed fallit vbi terminꝰ habēs vim negationis est pars termini inferioris ⁊ superioris: sed sic est in proposito. nā ly differens ab hoīe est inferius ad ly differēs ab illo hoīe p regulam. Q̃ñ terminꝰ inferior et superior cōponuntur cū illo termino differēs vel aliud: tūc ꝯpositū ex termino inferiori et differens vel aliud est superiꝰ ad cōpositum ex termino superiori ⁊ differēs vel aliud ex qua regula patet q̄ differens ab homine est inferior ad ly differens ab illo hoīe. Et tūc dr̄ q̄ arguendo ab inferiori ad suum superius vbi terminus habēs vim negationis nō est pars termini inferioris ⁊ superioris deductis aliis impedimētis est ꝯña bona.

Nota

ℂ Similiter regula est a superiori ad suū inferiꝰ cuȝ negatione preposita aliq̃n nō tenet ꝯña: q̄r impeditur q̃ñ dictio h̃ñs in se vim negationis est pars termini inferioris ⁊ superioris. Vñ dr̄ q̄ vtraq̄ regula est generalis cū debito medio: vt sic arguendo differēs ab hoīe est. omē differēs ab hoīe est differens ab isto hoīe: ergo differens ab illo hoīe est. Debitū mediū aūt voco propōnem vniuersalē in qua terminꝰ superior affirmatur de inferiori. In scđo argumento sic arguetur. nullꝰ differens ab hoīe est. ⁊ oē differēs ab hoīe est differens ab illo homine: ergo nullū differēs ab illo homine est.

Nō de debito medio

ℂ Similiter a superiori ad suū inferius cū negatione vel distributione ꝓposit. ⁊ est ꝯña bona cū debito medio sumēdo debitū mediū vt prius. Exemplū oīs hō currit: oē albū est hō: ergo oē albū currit: sed sine debito medio nō valet ꝯña: vt hic non valet. Oīs hō currit: ergo oīs sortes currit. Aliꝰ potest dici q̄ primū suppositū non est regula. sed ista. Arguendo ab inferiori ad suū superius per se sine aliquo impedimēto est ꝯña bona: ȝ in ꝓposito arguitur ab inferiori ad suū superiꝰ p accñs: ⁊ sic nō valet ꝯña sine debito medio. vñ inferius p accidens dr̄ illud qđ stat eē cum hoc q̄ suū superiꝰ nō sit vt posito q̄ sortes ⁊ P. sint albi tūc albū dr̄ illo mō superiꝰ ad sortē ⁊ P. Ȝ inferius p se est tale q̄ nō stat eē nisi suū superius sit. ⁊ sic homo dr̄ inferius ad animal.

ℂ Finiunt regule consequentiarum.

¶ De mō dandi cōtradictoria / aliqua dāt notabilia.

¶ Primo notanduz est ꝙ qñ est aliqñ propō vniuersa lis hñs aliquā particularē sibi cōtradicētē. requiritur ꝙ termini in eis supponūt cōtradictorio modo. hoc est ꝙ ille terminus ꝗ stat in vniuersali cōfuse ꝛ distributi ue in particulari stabit cōfuse tm̄ vel determinate. Et ille terminus ꝗ in vniuersa li stat cōfuse tm̄ in particulari stat cōfuse ꝛ distributiue. sicut hic. Ois hō est aīal ꝛ aliqd qd est hō nō est aīal. ꝛc̄. Ex quo pꝫ ꝙ ille due nō stant cōtradictorie. Ois hō hō est. ꝛ aliqd qd est hō hō non est. qꝛ secundꝰ terminꝰ homo in vtraqꝫ ꝓpōne stat immobiliter. id est non cōfuse distributiue.

¶ Item notandū est scdo / ꝙ qñ est aliqua propositio vniuersalis affirmatiua in qua sunt duo termini cōes ante pricipale verbū si pri mus distribuat ꝛ scds nō. tunc in eius opposito negatio dꝫ poni inter illos duos terminos vel signū vniuersale negatiuū: vt oppositū illius. ois hō hō est. est hoc aliquid quod est homo non homo est. ¶ Sed si sint duo termini communes an te pncipale verbum. quorū vterqꝫ distribuat p signū vl'e affirmatiuū. tunc in eius opposito debet negatio poni post illos duos terminos. vn̄ oppositū istius. Ois hō ois hō est: ꝛ hoc aliquid quod est homo homo non est.

¶ Tertio notandum est / ꝙ si sint duo termini cōes ante principale verbū quoꝝ vterqꝫ distribuat p signū vniuersale negatiuū. tūc in eiꝰ opposito signū vniuersale dꝫ poni inter illos duos terminos: vt oppositū istiꝰ Nullus homo nullus homo est. est hoc. aliquis homo nullus homo est.

¶ Item nota ꝙ si sit aliqua propositio non vniuersa lis cuius subiectū est disiunctum ex duobus terminis. tunc eius oppositū debet dari per negationē prepositā toti. vt oppositū istius. Sortes vl' Plato currit. est hoc. Non Sortes vel Plato currit. ꝛ sic de aliis.

¶ Sequūtur regule modales. ¶ De equipollentia

Ad cognoscendum earū equipollentias / quedam dantur regule. Quarum prima est hec

¶ Negatio pcedēs modū necessitatis mutat modū illū in modū possibilitatis. et dictū in contradictoriū. sic est enī equipollentia. Uerbi grā. Non necesse est oēm hoiem currere. eqpollet huic. possibile est aliquē hoiem non currere.

¶ Secunda regula est hec. Negatio precedens modum possibilitatis mutat modum possibilitatis in modū necessitatis ꝛ dictuz in contradictoriū. Uerbi gratia. Nō possibile est omnem hoiem currere. equipollet huic. Necesse est aliquē hoiem currere.

¶ Tertia regula est hec. Negatio precedens modum impossibilitatis mutat modū impossibilitatis in modū possibilitatis. ꝛ dictuz cū eodē dicto. Uerbi gratia. Non impossibile est omnē hoiem currere. eqpollet huic Possibile est omnem hominem currere.

¶ Quarta regula est. Negatio subsequens modum necessitatis mutat modum necessitatis in modū possibilitatis. remanente eodē dicto. verbi gratia. Necesse est non oēm hoiem currere. equipollet huic. [redacted]possibile est omnem hoiem currere.

¶ Quinta regula est hec. Negatio sequens modum

possibilitatis non mutat modū sȝ dictū in cōtradictoriū: verbi grā. Possibile est non oēm hoiem currere. equipollet huic. Possibile est aliquē hoiem non currere


¶ Sexta regula est. negatio sequens moduȝ impossibilitatis ⁊ preposito dicto mutat modum īpossibilitatis ī modū necessitatis. manente codē dicto cū negatione vel sine negatione: vt īpossibile est nō omnem hominē currere. eq̄pollet huic. necesse est non omnem hoiem currere.

¶ Septima regula. negatio sequens/taȝ dictum/q̄ modū necessitatis mutat illū ī modū impossibilitatis: ⁊ dictū ī dictū subalternū vt necesse est omnem hoiem nō currere. eq̄polet huic. īpossibile est aliquē hoiem currere. ⁊ similiter huic. Necesse est nullū hoiem currere.

¶ Octaua regula. negatio sequens modū et dictum possibilitatis non mutat modū. sed dictū in contrariū. vt possibile est omnem hominem non currere. Equipollet huic. [redacted] est nullū hoiem currere.

¶ Nona regula est. negatio sequens modum ⁊ dictū impossibilitatis mutat moduȝ impossibilitatis in modum necessitatis ⁊ dictum in dictum subalternum. vt impossibile est omnem hoiem non currere. equipollet huic. Necesse est aliquem hominem currere.


¶ Nota q̄ figura modalium ponitur in tractatu qui dicitur. Juxta hūc textū scđm equipollentias. et hoc in vndecimo argumento ⁊ hic similiter patet.



¶ Figura modi possibilitatis.


¶ Figura secunda modalium/in qua similiter plenꝰ patebit negatio precedens et sequens.

¶ Quomodo negatio mutat modum necessitatis.



¶ Figura modi necessitatis.

ℭ Tertia figura de modalibus demonstrās quomodo negatio mutat modum possibilitatis.



ℭ Sequitur tractatus argumentationis.

ℭ De cōclusionibus consequentiarum.

Iuxta hunc textū factum in libro Perihermenias ab aristotele edito. De qualibet re singulari in mundo existente dicitur alterum contradictorium: ⁊ de nulla re eorum dicuntur ambo. id est affirmatio ⁊ negatio sequitur. ꝙ duo contradictoria incōplexa non possunt simul predicare cum eodem.

ℭ Sed contra. aliqua consequentia est bona que non valet. ergo aliqua ꝯña est bona et non bona. ⁊c̄. Añs probat̄ sic. Hec consequentia est bona. Quoddā albū non est coloratū. ergo quoddam non coloratum non est non album. et hec eadem non valet ergo. ⁊c̄. Et ꝙ sit bona probatur: qꝛ arguit̄ a cōuertente ad suam conuersam per contrapositionē: ergo bona. Et ꝙ nō valet probatur. ⁊ pono istū casum ꝙ nullum album sit. tūc patet ꝙ antecedēs est verum scꝫ quoddā albū nō est coloratū. qꝛ eius oppositum est falsum: scꝫ omne album est coloratum. Et ꝙ ꝯñs sit falsum arguit̄ sic. qꝛ eius oppositū est verū ⁊ necessariū. ergo ꝯñs est impossibile. Antecedens probatur sic. hoc est necessarium omne non coloratum est non album. vt patet per exponentes.

¶ Ad istud respondetur q̃ conuersio propositionum particulariũ negatiuaʒ p cõtrapositionẽ nõ est generaliter tenẽda in ɔñaʒ: qꝛ nũ q̃ valet ɔña in particularib' negatiuis arguendo a cõuertente ad suã cõuersã p cõtrapositionẽ nisi qñ añs est impossibile vel ɔñs necessarium. Unde nõ sequit quidã hõ nõ est currẽs: ergo quoddã nõ currens nõ est nõ hõ masculus. posito q̃ nullus hõ masculus sit. iuxta argumentũ primo factũ. Sequit tñ hõ nõ est aial: ergo quoddã nõ aial nõ est nõ hõ. tñ nõ sequit gr̃a cõuersionis: sed qꝛ añs est impossibile. ꝛ sic de alijs. ¶ Dicendũ tñ in vniuersalibus affirmatiuis cõuersio per contrapositionẽ teneri credit gñaliter argumentũ. preterq̃ in terminis trãscendentib' cuiusmodi sunt tales termini. scʒ ens/ vnũ res/ ꝛ aliqd. Ut sequtur bene. omne albũ est coloratũ: ergo oẽ nõ coloratũ est nõ albũ: tñ nõ sequit. oẽ ens est omne ens: ergo oẽ nõ ens est nõ ens. ꝓpter causam predictã: ꝛ sic ptʒ isto modo qd gñaliter est dicendum. Uñ videas decimũ argumentũ ꝛ inuenies plenι' qd sit dicedũ de talibus argumentis: ꝛ quomodo sit respondendũ ad illa.

¶ Secundo sic. hec est bona ꝛ hec est non bona. ergo ꝛc̃. Demõstrando istã. Exclusũ est exclusũ: ꝛ nihil aliud q̃ exclusũ est exclusũ: ergo tm̃ exclusum est exclusuʒ. ɔña ptʒ ab exponẽtib' ad expositũ. ꝛ siĩr ɔñs est necessariũ. sicut sua vniuersalis scʒ oẽ exclusuʒ est exclusuʒ. Et q̃ non valet ꝓbatur: qꝛ in omi exclusiua vera ꝛ affirmatiua ꝑdicatũ vere dr̃ de subiecto: ꝛ remouet de opposito subiecti. sed in ista exclusiua predicatum dicitur tam de subiecto q̃ de opposito subiecti. ergo exclusiua falsa. Antecedens probatur ꝑ minorẽ: qꝛ oppositũ subiecti est exclusum. ergo hoc ꝑdicatũ exclusũ dicit de opposito subiecti: ꝛ istud est predicatũ exclusiue: ergo ꝑdicatũ exclusiue dicitur de opposito subiecti: ergo ꝛc̃. Antecedens probatur sic. qꝛ iste terminus non exclusum est exclusum a predicatione istius predicati exclusum. ꝛ iste terminus non exclusum est oppositũ subiecti: ergo oppositũ subiecti est exclusum.

¶ Ad istud dicatur q̃ argumentum est bonum. et negetur q̃ predicatum istius exclusiue vere dicitur de opposito subiecti. ꝛ quando arguitur sic: oppositum subiecti est exclusum: ergo iste terminus exclusum dicit de opposito subiecti: negetur argumentũ: nã dicto oppositũ subiecti est iste terminus non exclusum: qꝛ non dr̃ iste terminus exclusum de illo termino nõ exclusum nec per ɔñs de opposito subiecti cũ solũ ille terminꝰ nõ exclusũ sit oppositũ subiecti vel sibi synonymꝰ. sed in ista ꝓpõne data dr̃ ille terminus exclusũ de illo termino oppositũ subiecti: ꝛ non de opposito subiecti/ cuʒ sic dico. ille terminus non exclusum est exclusum: non dicitur ille terminus exclusũ de illo termino nõ exclusum: sed de isto termino. ille terminus non exclusum: quod dicitur subiectum.

¶ Et conformiter contingit arguere ꝛ respõdere de tali exclusiua. Tãtum ens est ens. ille terminus nõ ens (qui est oppositum eiusdem) est ens q̃uis sit falsum q̃ non ens est ens sic falsum est: q̃ non exclusum est exclusum. ꝛc̃. ¶ Et si arguit sic. q̃ oppositũ subiecti est exclusum: ꝛ non exclusum est oppositum subiecti: ergo non exclusum est exclusum. ¶ Ad hoc dicatur q̃ si subiectum minoris scilicet non exclusum q̃ est oppositum subiecti sumatur materialiter non valet argumentũ: cum in consequente nec sumitur significatiue. ꝛ per consequens hic mutatur suppositio. Si tamen subiectum minoris sumitur significatiue: tunc minor est falsa et eius contrarium est verum. videlicet exclusum est oppositum subiecti. Similiter per suam conuersionem: nec est inconueniens concedere q̃ exclusum est oppositum subiecti in suppositione personali vel significatiua. tamen non exclusum est oppositum subiecti in suppositione materiali: ita q̃ ille sit sensus/ videlicet ille terminus non exclusum est oppositum subiecti. tales enĩ termini secunde impositionis sunt nomina nominum que limitant suppositionẽ materialem: cuiusmodi sunt tales. nomen verbum/ dictio/ subiectum/ et predicatum et oppositum subiecti. ¶ Et si queratur quid excludatur per dictam exclusiuam aut quid includitur. sicut cõmuniter solet queri. ponendo q̃ nichil excludatur nisi q̃ excluditur

per dictionē exclusiuā: scʒ tm̄ exclusū est exclusū. certū est φ casus posit⁹ est īpossibilis. Itam tm̄ ad conclusionē dr̄ φ excluditur o̅is talis p̄dicatio. Non exclusum est exclusum. Sicut quelibet talis includitur: exclusum est exclusuʒ. Unde ꝓpter hoc dicitur dictio exclusiua: q̄r excludit in exclusiua vera et affirmatiua predicationē predicati de opposito sui subiecti. Sic em̄ dicto tm̄ homo currit/excluditur hec predicatio/qd̄ non est hō currit: sicut in hoc. tm̄ hō non currit: excluditur hec predicatio quod est homo currit.

Tertio ad eandem conclusionem arguitur sic.

Ista consequentia est bona. Sortes curret et nihil aliud a sorte curret: ergo tātum sortes curret. ⁊ eadem non valet: ergo. ⁊c̄. Et φ sit bona ꝓbatur: q̄r arguitur ab exponentibus ad expositum: ergo. ⁊c̄. Et φ non valet probatur. ⁊ pono φ sortes cras curret: ita φ nihil φ est qd̄ tempore sortis curret: et post corruptionē sortis generantur noui homines: ita φ illi currant in temporibus suis. tūc patet φ prima pars antecedentis est vera. Et φ secunda pars antecedentis sit vera probatur. quia eius oppositum est falsum: videlicet aliquid aliud a sorte curret. vel si aliquid aliud a sorte curret/sit plato. Tunc quero an plato erit in tempore sortis an non. Si erit in tempore sortis tunc sequitur ex casu φ nunq̄ȝ curret. ⁊ per consequens non erit verum aliud a sorte curret. Et si plato non erit in tempore sortis: ergo nunq̄ȝ erit aliud a sorte: quia ad omnem alietatem requiritur existentia extremorū: ⁊ per consequens non pro illo verificatur φ aliud a sorte curret: ⁊ per consequens secunda pars antecedentis est vera. ⁊ φ consequens sit falsum probatur: quia quod non est nec qd̄ erit sortes curret. ergo falsuʒ est φ tm̄ sortes curret. Item sequitur tm̄ sortes curret: ergo omne cursurum est vel erit sortes. cōsequentia patet ab exclusiua ad suā vniuersale in terminis. ⁊c̄. est ꝯn̄a bona: sed consequens est falsum: ergo et antecedens.

Ad istud dicatur. φ argumentum primum non va

let: nec arguitur ab exponentibus ad expositum: quia generaliter quelibet exclusiua debet exponi per negationem isto modo. tantum sortes curret: ergo sortes curret. et nihil non sortes curret. Uel in secunda exponente si verbum sit ampliatiuum: sic debet exponi. vel quod non est vel erit sortes curret. Sed φ secunda exponens sit falsa patet in casu dato.

Conformiter non sequitur. hoc instans erit instāʒ

et nihil aliud ab hoc instāti erit istāʒ: ergo tm̄ hoc istās erit istāʒ denotādo vnū istās futurū. Sed scḋa exponēs erit. vel qd̄ nō est hoc istās. vel erit hoc istās. vel non qd̄ non est hoc instans. vel erit hoc instans qd̄ falsum est sicut exclusiua.

Et conformiter sequitur de talibus.

Tm̄ A desinit esse propō vera Et pono φ A/nā sit propō vera et nūq̄ȝ añ hoc fuit vera: nec vnq̄ȝ post hoc erit vera. ⁊ φ/B/ā nō sit vera. sed imedīate ante hoc fuit vera in casu posito. seq̄tur dictā propōnē forte falsam. cū tm̄ sit verum nihil aliud ab A/desinit esse ꝓpositio vera. ⁊ sic de alijs.

Nota expositionem talium propositionum. Alii ta

men exponunt tales propositiones sic. sortes curret. et nihil aliud q̄ȝ quod est vel quod erit sortes curret. φ sit falsum. de multis enim erit verū φ quilibet istorum in casu prius posito est vel erit aliud q̄ȝ est vel erit sortes: quorum nullum est verū φ ille est vel erit aliud a sorte. ⁊ sic de multis alijs. Sed tertio respondent alij dicētes φ p̄ma ꝯn̄a est q̄libet talis ꝯn̄a est bona: et dicunt φ ista in casu posito est vera. tm̄ sortes curret. ⁊ negāt istā ꝯn̄am ad qd̄ nō est nec erit S. curret. ergo nō tm̄ S. curret. quia equipollens opposito exclusiue est hec. sortes nō curret vel aliquid aliud a sorte curret: quarū vtraq̄ȝ est falsa in casu dato ⁊ negant cōformiter istā ꝯn̄am. tm̄ sortes curret: ergo oē cursurū est vel erit sortes. sed hec est sua vniuersalis. om̄e qd̄ curret cū sorte in tempore sortis per quod sortes erit est vel erit.

sortes. et tunc est vera sicut sua exclusiua. ¶ Eligat respondens quam respōsionē velit suscipere ⁊ sustinere.

¶ Quarto ad eandem arguitur sic. Hec consequētia

est bona nichil aliud ab homine currit: ergo tm̄ homo currit. hec eadem non valet: ergo. ⁊c. ꝙ sit bona ꝓbatur: qꝛ sequitur nichil aliud ab hoīe currit: ego nullum currens est aliud ab hoīe. ꝯña patet a cōuertente ad suā cōuersam in cōuersione simplici et sequitur nullum currens est aliquid ab hoīe: ergo nullū currens est nō homo. ꝯña patet: qꝛ ex oppesito consequentis sequitur oppositū antecedentis: qꝛ seqtur aliqd currens est non hō: ergo aliqd currens est aliud ab hoīe. ⁊ vltra: nullū currens est non hō: ergo nullū currēs nō est hō. ꝯña patet ab affirmatiua de ꝑdicato infinito ad negatiuā de predicato finito est ꝯña bona. Tunc vltra nullum currens non est hō: ergo omne currens est hō. cōsequētia patet ab equipollente ad suū equipollens: ergo. ⁊c. Et vltra omne currens est homo: ergo tantū hō currit. ꝯña patet ab vniuersali ad suā exclusiuā. ⁊ sic a primo ad vltimū nichil aliud ab homine currit: ergo tm̄ homo currit. ¶ Ideo pro ista consequentia dicitur ꝙ non valet. ⁊ pono ꝙ nichil currat. tunc antecedens est verum ⁊ consequens falsū. Ad idem dicatur negando consequentiam et concedantur omnes consequentie intermedie vsqꝫ ad istam. nullum currens est non homo: ergo nullum currens nō est homo. et negetur illa: quia non arguitur secundam regulā. scꝫ ab affirmatiua de predicato infinito ad negatiuam de predicato finito. sed in proposito non arguitur sic. ⁊ ideo ꝯña non valet: sed arguit a negatiua de predicato infinito ad affirmatiuam de predicate finito: ergo. ⁊c.

¶ Quinto ad eandem arguitur sic. Hec consequentia

est bona. Aliquid videns illum hoīem non est asinus. ⁊ ille est aliquis homo: ergo aliquid videns aliquē hoīem non est asinus: ⁊ hec eadem non valet: ergo. ⁊c. ꝙ sit bona ꝓbatur: qꝛ arguitur ab inferiori ad suū superiꝰ cū negatione postposita et cum debito medio: ergo bona. Et ꝙ non valet ꝓbatur. ⁊ pono ꝙ ille homo demōstratus in añte nō videatur ab aliquo q̄ grā argumenti sit p. ⁊ ꝙ sortes videat ab asino ⁊ a nullo alio ⁊ ꝙ nichil videat hoīem nisi asinus. iam patet ꝙ añs est verum videlicet aliquid videns istū hoīem nō esse asinꝰ: demonstrando vt prius: qꝛ nichil videns istum hoīem est asinus: qꝛ nichil videt istum hoīem per casum. ⁊ minor patet ex casu ⁊ consequens est falsum: qꝛ eius oppositum sequitur ex casu: videlicet omne videns hoīem esse asinus. et per consequens non valet. ¶ Ad istud dicitur negando primum argumētum: quia non arguitur cum debito medio. sed sic debet argui. aliquid videns istum hoīem nō est asinus. ⁊ ille est aliquis homo visus ab aliquo: ergo. ⁊c.

¶ Et conformiter talis est fallacia per singulos casus

vt in genitiuo non sequitur. aliquis asinus illius viri non currit. et iste est aliquis vir: ergo aliquis asinus alicuius viri non currit: quia posito ꝙ ille homo monstratus in antecedente non habeat asinum ⁊ ꝙ omnis asinus currat. ideo oportet addere in minore ꝙ ille est aliquis habens asinum. ¶ In datiuo non sequitur aliqs seruus seruiens huic homini non est bonus: et ille est aliquis homo: ergo aliquis seruus seruiens alicui homini non est bonus. posito ꝙ quilibet seruus seruiēs alicui homini sit bonus. ⁊ ꝙ huic demonstrato antecedente non seruit aliquis seruꝰ. ¶ In accusatiuo non sequitur aliquis seruus odiens istum dñm non oditur a te et ille est aliquis dñs: ergo aliqs seruus odiens aliquē dñm non odit a te. Posito ꝙ quilibet seruus odiens aliquē hominē odiat a te. et ꝙ illū hoīem non odiat aliquis seruus. ¶ In ablatio nō sequitur. aliqs hō vtens hoc instrumēto nō est prudens. ⁊ hoc est instrumētū: ergo aliqs vtens aliquo instrumēto nō est prudēs. posito ꝙ hoc istrumētū demōstratū in añte nō sit vsitatū ⁊ ꝙ eis vtēs istrumēto sit prudēs. iā añs est verū ⁊ ꝯñs falsū: iō illud erit mediū ad hoc ꝙ valet ꝯña: ⁊ hoc est instrumētū vsitatū ab hoīe. et ideo addēdo sūt talia media sic. aliqs asinꝰ istiꝰ viri nō currit. ⁊ ille est aliqs vir hñs asinū: ergo. ⁊c. Aliqs seruꝰ seruiens huic dño non

est bonus: et iste est dñs cui aliquis seruus seruit. ideo. etc. Et ex isto satis patet quod nõ sequitur si particulares cõuertãtur sũt ppões cõuertibiles: quod vniuersales que eis correspõdent ꝯuertãtur: vt si ista cõuertuntur: alicꝫ asinus istius viri currit: et alicuius viri asinus currit. et tñ ista differũt. cuiuslibet viri asinus currit: et quilibet asinus viri currit. In negatiuis tñ ppter negationis violentiã nõ refert. vt idem est dicere. nullus asinus viri currit. et nullus viri asinus currit.

¶ Sexto arguitur sic. Illa cõsequentia est bona. Precise sicut est signat aliq ppõ: ergo ois ppõ est vera. et hec eadẽ non valet: ergo. etc. quod sit. nã pbat: ex opposito ꝯñtis sequitur oppositũ ãñtis: ergo. etc. quia sequitur aliq ppõ nõ est vera: ergo pcise sicut nõ est significat aliq ppõ: vel nõ sicut est signat aliq ppõ. quod est oppositũ ãñtis cũ oppositũ exclusiue dz dari p vnã disiunctiuã factam ex oppositis partiũ exponentiũ. Et quod nõ valet pbatur. et pono quod multe sint propõnes vere: et multe false. tũc ptz quod ꝯñs est falsum. et ãñs verũ probo: quia pcise sicut est significat ista ppõ deus est. et illa est aliqua ppõ: ergo. etc. Item sic. ois propõ significat sic est cũ ois propõ significat qualitercũcꝫ sequitur ad illã. vt suppono: quia ista hõ est asinus significat hoiem esse et per ꝯñs significat sicut est. et sic de qualibet alia propositione falsa: ergo precise sicut est significat aliqua propositio: ꝯña patet ab vniuersali ad suam exclusiuam.

Primo arguit sic A.
Scdo arguit B.

¶ Ad istud dicatur principale argumentũ est bonum.

Rñsio ad A.

et negetur primũ argumẽtũ in oppositũ. quia arguitur ab inferiori ad suũ superius a parte pdicati cũ dictione hñte vi negatiõis ideo ꝯña nõ valet. et sili negetur scdm argumẽtum. nec est ista sua vniuersalis. videlꝫ ois propõ qualitercũcꝫ. etc. sꝫ hec qualitercũcꝫ significat aliq propõ. sic est. quod est falsa: quia ex ista sequitur pcise sicut est significat aliq ppõ quod est falsum. et tñ ista vniuersalis. ois ppõ significat sicut est cõuertitur cũ ista exclusiua. pcise significãs sicut est aliqua ppositio. et cõformiter sequitur. pcise sicut est significat ois propositio: ergo ois propõ est vera. posito quod omnis propositio ratione sue partis significat qualitercunqꝫ eius pars significat sed hoc negato non valet argumentum.

Rñsio ad B.

¶ Similiter posito quod iste due propositiones sint omnes ppões hõ est. et hõ est asinus: tũc ptz quod pcise sicut est significat ois ppõ: et nõ aliter quam est signat ois ppõ: maior ptz: quia hoiem esse signat ois ppõ. et sic est sicut signat: ergo. etc. minor etiã ptz cũ eius oppositũ sit falsũ. videlicet sicut nõ est signat ois ppõ: quia tũc sicut nõ est signat ista ppõ: hõ est. quod est ꝯtra pmã viã. Ista eni. hõ est. signat scdarie cesarem esse corruptũ sicut ista. deus est rõne sui verbi cõe significabile signat esse: nõ tñ ex hoc sũt vere necꝫ false solũ ppter pmã: et nõ ppter scdam significationẽ verificantur et falsificantur ppões. tñ respondens eligat viã plus sibi placentem.

¶ Nota quod iste terminus sicut aliquando stat sub habitudine acti casus. et sic idẽ est dicendũ. A significat sicut est. i. ens vel veritatem seu significatũ quod vel quod eē: et illo modo famose itelligitur. Alio mõ stat sub habitudine ablatiui casus. et sic est idẽ dicere. a significat sicut est. A significat mõ quo ē et isto mõ põt cõcedi quod ois ppõ significat pcise sicut est. quia significat pcise sicut eo mõ quo est: sicut dicẽs: quod ego sedeo sicut vos sedetis. i. eo modo quo vos sedetis ego sedeo. Et aliqñ notat idẽtitatẽ in mõ significãdi: vt hoc A significat sicut hoc B. significat. i. idẽ dicere quod significat ideꝫ significatũ quod B significat. Et aliqñ dicit similitudinẽ in mõ significãdi. vt hoc A significat sicut B significat. i. simili modo quo B significat. Vñ in talibus A significat sicut est. creditur quod hoc verbũ est stat impersonaliter. cõtra quod grãmatici dicunt quod non tenet impersonaliter. nisi qñ tenet pro ptinet vel interest vt patet multotiens.

¶ Septimo arguitur sic. Hec consequentia est bona Omne quod curret incipit incepit vel incipiet currere. sortes albus curret. ergo sortes albus incipit incepit incipiet currere. et hec eadẽ nõ valet: ergo. etc. quod sit bo

na probatur. est syllogismus in darij: ergo. &c. Et quod non valet probatur: et pono quod sortes iam currit: et ante hoc currebat. et post hoc curret: et quod iam non sit albus. nec unquam prius fuit albus. sed post hoc erit albus: et pono quod postquam cessauerit a cursu nunquam currat nec incipiet currere tunc patet quod maior est vera per eius exponentes et minor probatur. quia hoc curret demonstrando sortem. et hoc est vel erit sortes albus: ergo &c. patet consequentia a resoluentibus ad resolutum: et quod consequens sit falsum probatur: quia sortes albus nunquam incipiet currere: nec qui fuit sortes albus incipit currere. cum non sit albus: nec ante hoc fuit albus. sed post hoc erit albus. per casum et per istud non incipit nec incipiet currere. quia per casum: cum semel cessauerit a cursu nunquam curret: ergo consequentia non valet.

¶ Ad istud dicitur negando consequentiam. nec est syllogismus. sed est paralogismus. mutatur enim quid in quale per hoc adiectiuum albus quod significat qualitatem de qua non fit mentio in maiori. sed sequitur ex illis premissis. quod aliquid quod est sortes albus vel erit sortes albus incipit incepit vel incipiet currere. Et conformiter non valet hoc argumentum. quicquid currit curret. omnis homo currit: ergo omnis homo curret. Posito quod omnis homo existens currat: ita quod post hoc aliquis homo generetur qui nunquam curret hic mutatur enim suppositio in minore et in consequente siue in conclusione: tamen in minore subiectum supponit pro presentibus ad bonum intellectum et in conclusione indifferenter pro presentibus et futuris. bene tamen sequitur ex premissis quod omnis homo qui est curret. et non valet argumentum. Et conformiter quicquid fui heri hodie sum curres fui heri: ergo curres hodie sum. posito quod iam sedeam.

¶ Aliter tamen potest responderi concedendo primam consequentiam. nec tunc in casu posito antecedens est verum et consequens falsum immo consequens est verum et tunc tenetur pro vnica cathegorica: et debet verificari coniunctim modo vnius cathegorice de disiuncto predicato. vt sic hoc incipit incepit vel incipiet currere: hoc est vel incipit incepit vel incipiet esse sortes albus: ergo &c. tenendo primam viam sumitur consequens pro vna disiunctiua facta ex tribus cathegoricis: quibus equipollent: sic consequens est falsum

¶ Octauo arguitur sic. Hec consequentia est bona. Uos creditis precise quod aliquis homo decipitur: ergo aliquis homo decipitur. et hec eadem non valet: ergo. &c. quod sit bona probatur. oppositum consequentis repugnat antecedenti. nam ista duo formaliter repugnant. vos creditis precise quod aliquis homo decipitur. et tamen nullus homo decipitur: quia sequitur vos creditis precise quod aliquis homo decipitur. et quod nullus homo decipitur: ergo vos creditis precise sicut non est. et per consequens vos decipimini: ergo vos creditis precise sicut non est: ergo aliquis homo decipitur. et per consequens prima consequentia est bona: quod est oppositum alterius partis. Et quod non valet probatur: et pono quod vos credatis precise quod aliquis homo decipitur: ita quod nullus homo alius a vobis decipiatur. tunc antecedens est verum per casum. et consequens falsum cum eius oppositum sit verum probatur sic. nec vos decipimini. nec aliquis alius a vobis decipitur: et vos estis aliquis homo: ergo nullus homo decipitur. Maior probatur sic. vos creditis precise sicut est: ergo vos non decipimini. Antecedens probatur sic. vos creditis quod aliquis homo decipitur. et sic est quod aliquis homo decipitur: ergo &c.

¶ Ad istud dicatur concedendo consequentiam. et pro improbatione admittatur casus. et negetur quod vos non decipimini. et concedatur quod aliquis homo decipitur. Et quando arguitur sic. Uos creditis precise quod aliquis decipitur. et sic est: ergo vos creditis precise sicut est. et per consequens vos non decipimini: negetur consequentia. sicut non sequitur vos creditis quod aliquis homo decipitur. et sic est quod aliquis homo decipitur: ergo vos creditis precise sicut est: quia posito quod tantum sortes currit. et quod vos credetis precise platonem currere. Sed est intelligendum quod ad hoc quod argumentum valeret oportet addere istud medium. et sic est quod iste idem homo decipitur quem vos creditis decipi quod non est verum. ¶ Aliter tamen solet respondere magis secure negando casum: quod ego credo precise quod aliquis homo decipitur: quia non stat me credere aliquem hominem decipi nisi credam ipsum aliter credere quam est. et sic cessat efficacia argumenti. nunquam tamen fiat consequentia bona et formalis generaliter vel specialiter. ideo non est magna cura.

¶ Nono arguitur sic. Hec cõsequētia est bona. A iam non est verum. sed immediate ante hoc A fuit verū: ergo A desinit esse verū: et hec eadē nō valet: ergo. ꝛc. ¶ Qđ sit bona ꝓbatur: q2 arguitur ab exponētibꝰ ad expositū: ergo. ꝛc. Et q nō valet ꝓbatur. Et capio horā elapsam cuiꝰ hoc instās sit vltimū instans demonstrando instans qđ est p̄sens. Et diuido istā horam in partes proportionabiles minores ꝓportione dupla versus hoc instans qđ est p̄sens ita q p̄ma eius medietas sit prima pars proportionalis et prima medietas secūde medietatis sit secunda eiꝰ pars proportionalis. ꝛ prima medietas tertie medietatis sit tertia eius pars proportionalis. Et sic de alijs partibus vsq3 ad infinitū. ꝛ volo q A in qualibet parte impari: vt in p̄ma, tertia, q̄nta, sit verum. ꝛ in qualibet parte pari. vt in scđa, quarta, sextā sit falsum. cum hoc q a sit ista propō pars impar est s̄m cõputationē et q instans qđ est p̄sens sit vltimū instans illius hore in qua nūc A nō sit verū. tūc patet in isto casu añs est verū ꝛ ꝯñs falsum. Et ꝓbo q ꝯñs est falsum: q2 A iam non est verū nec immediate ante hoc fuit verū: ꝛ immediate post hoc non fuit verū: ergo A nō desinit esse verū. consequentia patet: quia si A desinit esse verum: tunc vel nunc est verum: et immediate post hoc non erit verum. vel nunc non est verum sed immediate ante hoc fuit verum quorū ambo sunt falsa. probatur q immediate ante hoc fuit falsum: ergo immediate ante hoc non fuit verum. et vltra: ergo falsum est q immediate ante hoc fuit verū. minoꝝ argumenti vltimi arguitur sic. immediate ante hoc fuit pars par. ꝛ q̄ncunq3 fuit aliqua pars par. A fuit falsum: ergo. ꝛc. Maiorē probo: q2 immediate ante hoc fuit aliqua pars par. et nullū fuit instās ante hoc quin inter illud ꝛ hoc fuit pars par: ergo. ꝛc. Minorē probo. quocunq3 instante demonstrato inter illđ instans ꝛ instans presens fuit tp̄s mediū qđ tp̄s cõtinebit tā partes pares q̄3 impares: ergo. ꝛc. ¶ Item sic. si A immediate ante hoc fuit verum. ꝛ A immediate ante hoc fuit falsum: ergo duo contradictoria sunt simul falsa: q2 ista A est verū ꝛ nullū a est verū: ergo per ꝯñs sunt simul vera. Et q añs prime ꝯñe est verum ꝓbo: q2 eius prima pars ponitur in casu: et scđam partem probo. et q̄ncūq3 fuit ps ipar fuit verū. ꝛ imediate añ hoc fuit ps ipar. ꝛc. ¶ Ad istud đr cõcedendo ꝯñam ꝛ ꝯñs in casu posito ꝛ q̄n arguit̄ sic. si a desinit esse verū seqt̄ur q nūc est verū: ꝛ immediate post hoc nō erit verū. vel nunc nō est verū: ꝛ immediate ante hoc fuit verū. cõcedatur ꝯña. ꝛ ꝯñs ꝓ scđa parte. Et q̄n obijcitur sic. immediate ante hoc A fuit falsum: ergo falsum est q immediate ante hoc A fuit verum. negetur ꝯña: sicut non sequitur q hec sit falsa. aliquis homo loquitur ꝓpter hoc q aliquis homo non loquitur. nec sunt contradictoria immediate ante hoc a non fuit verum ꝛ immediate ante hoc a fuit verum: sed hoc est eius contrarium non immediate ante hoc a fuit verum. vbi negatio preponitur quod cõtradicit huic immediate ante hoc a fuit verū. ꝛ ideo cõcedatur q imediate ante hoc A fuit verū. ꝛ imediate ante hoc A nō fuit verū. negetur tñ q nō immediate ante hoc A fuit falsum. Et pro hoc respondetur ad scđm argumentū. q̄n arguitur sic. imediate ante hoc fuit verū. ꝛ imediate ante hoc a fuit falsum: ergo simul est verū ꝛ falsū negādo ꝯñam sed concedatur q duo contradictoria fuerint vera. sed non fuerint simul vera loquendo de simultate instantanea. Nam scđm aliquos duplex est simultas. sc3 instantanea: et temporanea. Temporanea est ad quā sufficit existentia pro eodem tempore s̄m diuisas partes. ꝛ isto modo cõcedo q duo contradictoria sunt simul vera. vel imediate ante hoc fuerint falsa simul. Simultas instātanea est ad quā requiruntur coexistentia pro eodē instāti. ꝛ isto mō loquendi de simultate negetur q duo contradictoria sunt simul falsa. Et sic p3 solutio.

¶ Duodecimo arguitur sic. Hec consequētia est bona Contingit vos currere: ergo contingit vos non currere: q2 ꝓpō de cõtingenti ad vtrumlibet habet conuerti per oppositas qualitates. et arguendo a conuertente ad suā cõuersam est ꝯña bona. ꝛ q nō valet ꝓbat̄ sic. ꝛ pono q vos sitis. tūc p3 q añs est verū. ꝛ ꝯñs falsum. et q añs sit verū ꝓbatur: q2 eius oppositum est falsum. sc3 necesse est vos currere. Item impossibile est vos currere: ergo contingit

vos non currere. pꝫ ɔ̄ña a subalternāte ad suā subalternatā: ⁊ añs est verū in ca=
su ꝙ vos non sitis cū a pura priuatione ad habitū impossibilis est regressio. ⁊ ɔ̄ñs
est falsum: q2 eiꝰ oppositū est verū scꝫ impossibile est vos currere: ergo. ⁊c̄. ¶ Pro
isto dicatur distinguēdo de illo termino ɔtingit: q2 aliqñ inuenitur cōuertibilis cū
illo termino possibile: ⁊ aliqñ cū hoc verbo est supplens vicē per circūlocutionē hu
ius verbi potest: ⁊ est idem dicere contingēs est: et possibile est: ⁊ cōtingit esse: ⁊ po
test esse. Et isto mō omne qđ est possibile est contingēs. vt contingit ꝙ deus est. i. im
possibile ꝙ deus est. ⁊ isto modo propō de contingenti subalternatur propositioni
de necessario cū eodē dicto vel synonymo. vt necesse est deum esse: et cōtingit deū
esse subalternatur. ⁊ illa contingit deum esse: ⁊ impossibile est deū esse ɔtradicunt.
Et sic. contingit deū esse: et contingit deum nō esse subcōtrariantur: et ista contin=
git deū non esse: subalternatur huic impossibibile est deū esse. et quo ad equipollē=
tias. De prepositione et postpositiōe negationis in istis modalibus dicendū est si
cut in propositionibus de inesse. vt patebit in proximo argumēto: ⁊ isto modo di=
ci solet. Contingens nō valens ad oppositum: q2 nec talis propō de contingēti isto
modo debet cōuerti per oppositas qualitates. Et quo ad conuersiones taliū pro=
positionum sic stantium in figura debent eedem regule obseruari: que obseruan=
tur in propositionibus de inesse: vt contingit nullum hominē esse animal: ergo cō=
tingit nullum animal esse hominem masculum: et sic etiam fit conuersio per acci=
dens. Conuersio per contrapositionem tenet in aliquibus: sed non vniuersaliter
nec est vera credo suppositio approbata a philosopho. In primo eni priorum reci
tat Aristoteles conuersionē vniuersalis negatiue ⁊ particularis affirmatiue sim=
pliciter conuertuntur: ⁊ vniuersalis affirmatiue per accidēs. Sed certe ibidem di
cit ꝙ particularis negatiua non conuertitur: ⁊ propter hoc ꝙ alii volūt tenere cō=
uersionem per contrapositionē [illegible] non habeatur a philosopho. Dicit eni ꝙ vni
uersalis affirmatiua et particularis affirmatiua debent cōuerti per contraposi=
tionem preterꝙ̄ in terminis transcendētibus: ⁊ hoc generaliter. vt bene sequitur
omnis homo est animal: ergo omne non aīal est non hō: homo est aīal: ergo quod=
dam nō aīal est nō hō. Nō tñ sequitur omnis res est ens: ergo oē non ens est nō res
Sed particularis negatiua nullo mō debet cōuerti saltem generaliter: ⁊ ꝓpt hoc
dicūt quidā ꝙ debet dici. Cati ꝑ cōtra: ⁊ nō Cato. verūtñ cū conuersio per contra=
positionē nō sit generalis: nec auctoritate fundata oportet istam extollere: immo
melius est per correctionem illiꝰ opinionis. dic Cati per cōtra: aliter corrigēdo sic
dicere. sic fit conuersio rara vel aliter generalius dicere. Sic fit conuersio nulla: ꝙ̄
uis enim cōtingit dare tales propōes conuertibiles: nō tñ conuertūtur ꝓpter ali=
quam cōuersionē. Et ista est leuior via inter alias. Responsio. Ergo dicit ꝙ propō
de necessario vel impossibili et de ɔtingēti debēt ɔuerti sicut cathegorica ratione
sui dicti: vt patet per Aristotelē pmo priorū. circa principiū. vt necesse est deum eē
sic debet cōuerti: g necesse est ens deum esse. Impossibile est hoīem esse currēs: er=
go impossibile est currēs esse hoīem: ⁊ sic de aliis. Et sic cathegorica que est dictuꝫ
in ꝓpoē modali non pōt conuerti. vt cōtingit de particulari negatiua: tūc nec ipsa
ꝓpō modalis cuiꝰ est dictū. Et sic propō de necessario: de cōtingenti ⁊ impossibili ē
illa que participat talem terminū necessariū contingens vel impossibile. Sꝫ vo=
co talē propōnem necessariam/contingentem: vel impossibilē illam cuius signifi=
catū primariū est necesse/ɔtingēs/vel impossibile esse.

¶ Sed alio modo sumitur contingēs pro re que po=
test esse ⁊ nō esse indifferenter. Et talis est duplex: cōtingēs naturalis. et contigēs
ad vtrūlibet. Contingēs natū est determinate verū vel falsum. Cōtingēs ad vtrū
libet est illud quod est indeterminate verū: vel indeterminate falsum. Et voco illō
determinate verum pro aliquo instanti: et non potest esse quin sit vel fuit verū pro
eodem instanti: vt ista sunt determinate vera. Ego sum/ego fui. Sol oritur cras.
¶ Determinate falsum est illud quod est falsum pro aliquo instanti: et non potest
quin sit vel fuit falsum pro eodem instanti. vt ista. Ego non sum: ego nō fui. Et ista
dicuntur contingentia nata: quia altera pars est semper determinata a natura.

Nota de c[on]versione p[er] contrapositione[m]

¶ Indeterminate verũ est illud qd est verũ ꝑ aliquo instãti: ⁊ potest eẽ q̄ nõ sit verũ nec fuit verũ ꝑ eodẽ instãti: vt ego curram põt esse vera: ⁊ põt eẽ q̄ ista nec est: nec erit vera: ergo curram. ⁊c. ¶ Indeterminate falsum est illud qd est falsum ꝑ aliq̃ instãti. ⁊ põt eẽ q̄ nec est nec fuit falsum ꝑ eodẽ instãti: vt ista. Ego nõ scribã: ego nõ ero ep̃s: q2 si fuerit falsa erit indeterminate falsa: ⁊ talia dñr ꝯtingẽtia ad vtrũlibet: q2 vtraq3 pars est indeterminate a natura. hoc verbũ contingit corr̃ndens cõtingẽti isto mõ dicto ꝯuertitur vel eq̃pollet huic verbo potest. vt idẽ est ad istũ sensum contingit me currere. ⁊ põt esse q̄ ego curro. vel ego non curro.

¶ Propositio ergo de contingenti primo modo dicta nõ habet ꝯuerti per oppositas qualitates. vñ fm primũ sensum non sequitur: contingit me non currere: ergo contingit me currere.

¶ Sed propositio de contingenti secũdo modo dicta habet ꝯuerti ꝑ oppositas q̃litates: ⁊ fm istũ sensum seq̄tur: ꝯtingit me nõ scribere ḡ cotingit me scribere: ⁊ tũc foret tã añs q̄ ꝯñs falsum in casu posito: nec sequitur fm istũ sensum. impossibile est me scribere: ḡ contingit me nõ scribere: q2 sic nõ subalternantur.

¶ Nota q̄ conuersio per oppositas qualitates est quã ad propõem conuersam seq̄tur aliqua propositio cũ mõ synonymo ⁊ dicto opposito. vt ꝯtingit ad vtrũlibet me scribere: ḡ cotingit ad vtrũlibet me nõ scribere.


¶ Undecimo sic arguitur. Hec consequẽtia est bona. Impossibile nõ est vos eẽ asinũ: ḡ necesse est vos eẽ asinũ. q̄ sit bona ꝓbatur: q2 arguitur ab eq̃pollẽte ad suũ equipollẽs. ⁊ q̄ nõ valet ꝓbatur. añs est verũ ⁊ ꝯñs falsum. q̄ ꝯñs sit falsum p3: ⁊ q̄ añs sit verũ probatur: q2 hoc nõ est vos eẽ asinũ: denotãdo vos eẽ caprã: ⁊ hoc est impossibile: ḡ impossibile nõ est vos eẽ asinũ. patet ꝯñs ab inferiori ad suũ superi⁹ cũ negatiõe postposita ⁊ cũ debito medio: ergo. ⁊c. ¶ Et ꝯformiter iprobatur ista ꝯñs. Impossibile est nõ vos eẽ asinũ: ḡ necesse ẽ vos esse asinũ: q2 hoc est nõ vos eẽ asinũ: denotãdo vos eẽ caprã: ⁊ hoc est impossibile: ḡ impossibile est nõ vos eẽ asinũ. ꝯñs patet: ⁊ maior ꝓbatur sic. hoc nõ est vos eẽ asinũ: denotãdo homo est capra ⁊ hoc est: ḡ hoc est nõ vos esse asinũ. Patet hec ꝯñs: quia arguitur a negatiua de predicato finito ad affirmatiuã de predicato infinito cum constantia subiecti: ergo est bona.

¶ Pro isto dicatur q̄ in vtraq3 ꝯña potest ille terminus impossibile sumi dupliciter. Uno modo in nominatiuo casu: ⁊ resoluitur ratione illi⁹ ꝓpõnis in qua ponitur iste termin⁹: nõ eẽ asinũ: demõstrando aliquã ꝓpõnem impossibile: ergo. ⁊c. Secũdo circũlocutione vel aduerbialiter. sc3 rõne illius propõnis in qua officiatur. vt impossibile est vos esse asinũ: sic officiatur. talis propositio est impossibilis. Uos estis asin⁹: propter ei⁹ primariũ significatũ. vos eẽ asinũ: ergo. ⁊c. Et sic ponitur iste termin⁹ impossibile ꝑ illo termino nõ pot eẽ. Et iste est sensus. Impossibile est vos esse asinũ. i. nõ potest eẽ q̄ vos estis asin⁹. ¶ Si ergo primo mõ accipiatur vtraq3 ꝯña põt ꝓbabiliter negari tam prima q̄ scda. vt impossibile nõ est vos esse asinũ: ergo necesse est vos esse asinũ. Nec arguitur ab equipollẽte ad suũ equipollẽs. sed hoc est suũ equipollẽs. Impossibile est vos nõ eẽ asinum. ¶ Si secũdo mõ sumatur tunc vtraq3 ꝯña est bona: q2 añs vtriusq3 est impossibile: alitm̃ si sit congruum: et sic distinctio est valde bona. Et videtur certe melius dicere q̄ vtraq3 consequentia est neganda: ita q̄ ly impossibile teneatur nominaliter: nec potest teneri pro eo quod non pot esse: quia antecedens dictarum consequentiarum non debet officiari ratione incõgruitatis in officiantibus: vt satis patet.

De conclusionibus consequentiarum.

¶ Notandum est ꝙ si dicto: hoc est vos nõ esse asinũ. potest esse suppositio simplex pro tali veritate. non vos esse asinum. et nunc ille ẽ sensus. non vos esse asinum. est hoc. et sic foret propositio falsa denotando quod cuiuscunque non est ista veritas. Uel potest esse suppositio personalis ꝓ quocũqʒ qñ nõ est vos esse asinum. et sic foret ista propositio vera. quocunqʒ existente demonstrato nec contradicit ista in sensibus equipollentie. nullũ impossibile est me esse asinum et impossibile est me esse asinum. Unde in equipollentijs debet negatio vniuersaliter preponi dicto propositionis: vt necesse est omnem rem esse ⁊ ipossibile est omnẽ rem esse. Ista eni non equipollent. Impossibile est aial non esse hominem. ⁊ necesse est animal esse hoiem: cũ prima sit falsa ⁊ secunda vera. sed equipollens primo est hoc necesse est omne aial esse hoiem. quod est falsum. Et sic de alijs est dicendũ cõformiter. ¶ Nota ꝙ qñ tale determinabile ablatiui casus (in illo instanti: vel in ista hora) venit ante hoc verbum incipit: tunc illud tale determinabile debet exprimi in prima exponente et non in secunda. Sed quando immediate sequitur: tunc debet exprimi in vtraqʒ eius exponente. ⁊ sic ista propositio est aliquo modo vera: ⁊ aliquo modo falsa.

¶ Hec est quarta figura modalium de qua fuit mentio.



¶ Duodecimo arguitur sic. Ista consequentia est bona. Sortes non excipitur. sed ois hõ alius vel alia a sorte excipit. ergo ois hõ preter sortẽ excipit. qz arguit ab exponentibus ad expositũ. Et q̃ nõ valet pbat: et pono q̃ sortes nõ excipit ab actu currendi: ita q̃ ois ho alius vel alia a sorte excipit ab actu currendi. Jã isto casu posito añs est verũ ⁊ ɔñs falsũ. qz ex ɔñte sequunt duo contradictoria. ergo ɔñs est falsũ. Añs sic: ex ɔñte sequit q̃ sortes excipit / et sortes non excipit: q̃ scđa pars seqtur patet: qz est altera eius exponens. Et q̃ pᵐa pars sequitur probatur: qz in omni exceptiua propria pars extra capta excipitur sed ista exceptiua est ppria: ⁊ sortes est pars extra capta; ergo sortes excipitur. Exceptio est extra captio partis a suo toto.

¶ Pro illo dicatur concedendo consequentiam: ⁊ negãdo añs. Et qñ ponit. sortes nõ excipit: sed ois hõ alius vł alia a sorte excipitur neget casus eo: q̃ si ois hõ alius vel alia a sorte excipit. ille sortes excipit. cũ tũc oi hoi alij a sorte conueniret aliqua denoiatio qualis nõ cõpeteret sorti. ⁊ per ɔñs sortes excipit ab illa. Si tñ significet particularis denoiatio: a qua sortes nõ excipit: sed ois hõ alius vł alia a sorte excipit ab illa denoiatiõe: sicut superius ponitur. Et in isto casu posito non sequit añs esse verũ. non seqtur sortes nõ excipit ab isto actu. ergo sortes nõ excipit. Uñ tñ inuenit in illa exceptiua: q̃ sortes excipit ab exceptiõe illius actꝰ. ⁊ nõ a tali actu. ⁊ sic p3 solutio. ¶ Sed notandũ est q̃ exceptiua nõ d3 gñalit exponi q̃ istũ terminũ aliud. vt dictũ est prius. sed cũ isto termino nõ. vt oẽ aial preter chymerã est. d3 sic exponi. chymera non est. sed oẽ aial non chymera est. Et sicut est de illa. sic est de sĩilibus.

¶ Tertiodecimo arguitur sic. Hec consequentia est
Argumẽtũ A. bona. Uos fuistis ⁊ asinus fuit. ⁊ vos non fuistis asinus: ergo vos differebatis ab asino. ⁊ hec eadẽ nõ valet: ergo. ⁊c. q̃ sit bona pbat: qz arguit ab exponentibus ad expositũ. ergo. ⁊c. Et q̃ nõ valet pbat. qz añs est verũ ⁊ ɔñs falsũ. q̃ añs est verũ patet. ⁊ q̃ ɔñs est falsum: pbatur. qz sequit. vos differebatis ab asino. ille est vel fuit asinus: ergo vos differebatis ab hoc asino. demonstrando asinum q̃ corrũpebatur
Argumẽtũ B. ante esse vrm. tũc ɔñs est falsum: cũ ois differentia vel alietas reqrit existentiã extremorũ. ¶ Jtẽ si differebatis ab asino: ergo ab omni asino vos differebatis consequens est falsum. vt patet per exponentes ⁊ singulares. Et sic potest argui de ista. vos differebatis ab albo.

¶ Pro isto dicatur negando primam consequentiã
Sed sic d3 argui. ego fui ⁊ asinus fuit mecũ. ⁊c. ergo. ⁊c. addat iste terminꝰ mecũ ad denotandũ simultatẽ instantaneã in tpe: ⁊ qñ arguitur ad pbandũ q̃ ɔñs est falsum. neget argumentũ. ⁊ neget ɔñs vlteriꝰ tactum. ¶ Si dicat. q̃ arguitur a
Responsio ad argumentũ A termino stante cõfuse ⁊ distributiue ad aliquod eius suppositũ cũ debito medio ⁊c. neget: qz non arguitur cum debito medio. qz oportet sic arguere. Ego differebam ab asino. ⁊ ille est vel fuit asinus mecũ. ergo. ⁊c.

¶ Et conformiter negetur secundum argumentum
Responsio ad argumentũ B sc3 ego differebã ab asino. ergo ab omni asino ego differebã. sed bene sequitur Ab omni asino q̃ fuit mecũ ego differebã: ⁊ hoc est verũ. Sed in terminis accidentalibus maior est difficultas inueniendi media ⁊ exponentes vt non sequit. ego differebã ab albo. hoc est vel fuit albũ mecũ: ergo ego differebam ab hoc demonstrando meipsũ: qz si per casum possibilẽ in tpe p̃terito ego fui niger vt heri ⁊ hodie albus. tũc hec est vera: ego differeba3 ab albo: ⁊ hec similiter hoc est vel fuit albũ. sed demonstrando me sic ɔñs est falsum: ergo ego differebã ab hoc demonstrãdo me. Et cõ siłr cũ verbo de futuro tpe: qz si vnq̃ erit ita ego differo ab albo tũc ego differã ab albo. Jdeo si aliq̃n ego ero niger. ⁊ postea albus: tũc erit verũ q̃ ego differã ab albo: ⁊ tñ ergo ero albꝰ. ⁊ vltra nõ sequit q̃ ego differã a meipso sicut nõ sequit. ego non ero sedens. hoc erit sedẽs. ergo ego nõ ero hoc. Sed opor

tet addere in minore ꝙ hoc erit sedēs nō hoc: demōstrando me. Ut hoc erat sedēs in instāti in quo ego ero non sedens.

¶ Et conformiter non sequitur ego differam ab albo hoc erit albū mecū: ergo ego differam ab hoc. Sȝ oportet addere i minore ꝙ hoc erit albū in hoc instāti: in q̄ ego nō ero alb⁹: ⁊ sic sequitur cōclusio: ⁊ ista dȝ sic exponi. ego ero: et hoc erit album mecū: q̄n ego ero nō alb⁹: g̃ ego differo ab albo.

¶ Quartodecimo ad idē arguitur sic. Differens ab albo erit sortes: hoc est vel erit album: ergo differēs ab hoc erit sortes. hec ꝯn̄a est bona: ⁊ hec eadē nō valet: g̃. ⁊c̄. ꝙ sit bona probatur: q̄ȝ arguitur a termino stante confuse ⁊ distributiue ad aliqd̄ eius suppositū: ergo. ⁊c̄. demōstrando p ly hoc p̄nte vnū albū: qd̄ erit post corruptionē sortis. Et ꝙ nō valet ꝓbatur: q̄ȝ an̄s est verū ⁊ ꝯn̄s falsum. ꝙ ꝯn̄s sit falsum ptȝ: ⁊ ꝙ an̄s sit verū probatur: q̄ȝ hoc erit sortes ⁊ hoc est vel erit differēs ab albo: g̃. ⁊c̄. ¶ Itē sortes differt ab albo: g̃ differens ab albo erit sortes. posito ꝙ sortes iam sit niger. ⁊ ꝙ per annū post hoc erit alb⁹. iam patet ꝙ an̄s est verū ⁊ consequens falsum vt prius dictū est.

Primum argumentū ꝓ improbatione argumēti pncipalis Scd̄ȝ argumentum C.

¶ Et forte respōdetur negādo primā ꝯn̄am. pro improbatione pncipalis argumēti factā. dicēdo ꝙ isti sunt ei⁹ resoluētes. hoc erit sortes: ⁊ hoc est differens ab illo qd̄ est vel erit albū: vel erit differēs ab hoc qd̄ est vel qd̄ erit albū: g differēs ab albo erit sortes. Sȝ ꝓbatur ꝙ iste resoluētes nō valēt in casu. An̄s est verū: ⁊ ꝯn̄s falsum ⁊ impossibile: g̃ ꝯn̄a nō valet. an̄s ꝓbatur: et pono ꝙ sortes sit niger: ⁊ erit niger p totā vitā suā. tā i isto casu an̄s est verū. p maiori: ⁊ minor est vna disiūctiua cui⁹ altera pars est vera: ergo. ⁊c̄. ꝓbatur sic: nā hec erit vera. hoc erit sortes: ⁊ hoc est differens ab illo qd̄ est vel qd̄ erit albū: q̄ȝ hoc est ⁊ illud qd̄ est vel qd̄ erit albū est: ⁊ hoc nō est illud qd̄ est vel qd̄ erit albū: g̃ hoc est differēs ab illo qd̄ est vel erit album.

Responsio ad argumentū D.

¶ Ad idem dicitur. Distinguendo de antecedente prime ꝯn̄e. si eni ly differens sit participiū p̄ntis tp̄is: ⁊ non nomē. tūc nō valet argumentū cū illud sit differentie differens ab albo erit sortes. ⁊ illud qd̄ differt ab illo erit sortes: q̄ȝ tūc li albo suppōit respectu pticipii de p̄nti: ⁊ nō respectu v̄bi de futuro. Sed scd̄o mō potest ly differens per amissionē tēporis eē nomē distribuēs ly album in ꝯparatiōe ad verbū de futuro: ⁊ sic est argumentū bonū: ⁊ an̄s est impossibile tūc idē est dicere differens ab albo erit sortes ⁊ aliud ab albo erit sortes: ⁊ debet isto mō resolui. hoc erit sortes: ⁊ hoc est differēs ab illo qd̄ est vel qd̄ erit albū: g̃. ⁊c̄. vel breui⁹ sic. hoc erit sortes: ⁊ hoc ab oīni albo est vel erit differēs: g̃. ⁊c̄. isto modo est ꝯn̄a bona: ⁊ an̄s est impossibile. cā aūt quare dȝ sic resolui est hec: q̄ȝ in ista ꝓpōne differēs ab albo erit sortes: distribuitur ly albo copulatiue ꝓ tali qd̄ ē ⁊ qd̄ erit albū. Iuxta istā regulā. Termin⁹ cōis distribut⁹ supponēs v̄bo de futuro supponit copulatiue ꝓ his q̄ sunt ⁊ q̄ erūt: ideo si sensus illius ꝓpōis exprimatur p suas resoluētes opȝ capere istū terminū albo distributū tā ꝓ oīb⁹ q̄ sunt q̄ȝ ꝓ oibus q̄ erunt. Et vlteri⁹ ad ꝓbationē an̄tis prime ꝯn̄e. negetur vtraq̄ȝ ꝯn̄a pncipalis tā ista. hoc erit sortes ⁊ hoc est differēs ab albo vel erit differēs ab albo. ⁊c̄. et ista ꝯn̄a. sortes differt ab albo: g̃ differens ab albo erit sortes. ⁊ si arguit̃ ꝓbādo p̄mā ꝯn̄am q̄ȝ hic arguitur a resoluētib⁹ ad resolutū. dico ꝙ nō sicut ibidē dicit r̄n̄sio posita ꝙ de eisdē resoluētib⁹ q̄s respōsio ponit ibidē: ⁊ q̄n ponitur in casu ꝙ sortes sit niger p totā vitā suā. admittatur casus ⁊ negetur ꝙ omnes resoluētes sunt vere. ⁊ q̄n arguitur sic: prima est vera: ⁊ secūda est vna disiūctiua cui⁹ vna pars est vera. negetur. Et dicatur ꝙ vtraq̄ȝ pars est falsa: ⁊ ad probationē p̄me partis. negetur ꝯn̄a sed sic debet resolui: hoc est ⁊ oē illud qd̄ est vel qd̄ erit album est: ⁊ hoc est illud qd̄ est vel qd̄ erit albū: ergo hoc est differens ab illo qd̄ est vel qd̄ erit albū: ⁊ tunc secūda resoluens est falsa.

Differens pōt sumi dupliciter.

De conclusionibus consequentiarum. Et formaliter resoluẽde sunt tales.

Aliquid a vero põt esse verũ. aliud ab epõ potest esse iste homo. Ex qua consideratione ptz veritas taliũ propõnũ: tm̃ laicus est ille homo: tm̃ cleric⁹ fuit ille homo. tm̃ episcopus potest esse ille homo: tantũ impossibile est verum. et sic de multis aliis.

¶ Quintodecimo ad idem sic. Idem erit primum instans esse S. qd erit primũ instans eẽ P. ergo in eodẽ instanti in quo S. incipit eẽ P. incipit esse. ista est ꝯña bona: ꝛ hec eadem nõ valet: ergo. ꝛc̃. ꝙ sit bona probat: qꝛ si illud erit primũ instans esse sortis quod erit primũ instans esse P. tũc idẽ erit primũ instans in quo sortes incipiet esse. Et idẽ erit primũ instans quo plato incipiet esse: ergo in eodẽ instanti in quo sortes incipit esse P. incipit esse. ¶ Et ꝙ non valet probatur: ꝛ pono casum ꝙ sortes erit per vnũ diẽ añ platonẽ. ꝛ sit b/ primum instans: in quo sortes erit: tũc manifeste ptz falsitas ꝯsequẽtis per casum pri⁹ positum. Et ꝓbo ꝙ añs est verũ: qꝛ B. erit aliqualiter primũ instans esse sortis: qd est primũ instans eẽ platonis: vt expresse manifestatur intuenti per ea que prius posita sunt: ergo idẽ erit primũ instans esse S. qd erit primũ instans esse platonis. añcedẽs ꝓbo sic. B/ erit primũ instãs esse sortis: qd erit primũ instans eẽ platonis. et nullũ instans pri⁹ b/ erit instãs eẽ sortis: qd erit primũ instãs eẽ platonis: ḡ b/ erit primũ instãs. ꝛc. ptz ꝯña ab exponentibus ad expositum.

¶ Ad istud respondetur cõcedendo primã ꝯsequẽtiã.

Et admittatur casus. tũc ad argumentũ B erit primũ instans esse S. qd erit primũ instãs eẽ platonis: ḡ. ꝛc̃. Distinguatur añs: eo ꝙ ly qd refertur ad ly B. ꝛ tũc añs ẽ falsum: ꝛ ꝯña est bona. Uel ad ly instãs ita ꝙ sit ps pdicati: ꝛ tũc nõ valet ꝯsequẽtia ꝓpter diuersam relationẽ: qꝛ in ꝯñte necessario refertur ad ly idẽ. ¶ Et notandũ ꝙ hec est natura hui⁹ dictionis: io qꝛ semper vbicũqꝫ ponitur requirit aliqd relatiuum ad ꝗ̃m relatũ. hec eñi equiualet copulatiue: videlꝫ illud idẽ erit primum instans esse sortis: qd erit primũ instans esse platonis. Et sic patet solutio ad illud et ad multa alia similia.

¶ Sextodecimo arguitur. Hec est consequẽtia bona.

In T. instanti futuro sortes non curret: ꝛ nullum erit instans post T. instans quin añ illud sortes curret: ḡ T. instãti sortes incipiet currere. hec est bona: ꝛ hec eadeꝫ nõ valet: ḡ. ꝛc̃. ꝙ sit bona ꝓbatur: qꝛ sequitur post T. instãs sortes curret: ꝛ nullum erit instãs post T. instãs q̃n ante illud sortes curret: ḡ immediate post T. instans sortes curret. Tunc vltra. post te instãs sortes curret. ꝛ in T. instãti sortes nõ curret: ḡ in T. instãti sortes incipiet currere. ¶ Et ꝙ nõ valet ꝓbatur: ꝛ pono ꝙ per annũ ante T. instãs sortes currit: ꝛ post T. instãs per annũ sortes curret. ꝛ no in T. instanti. nec imediate post T. instãs curret. In casu posito ptz tã maior ꝙ̃ minor. ꝓbo ꝙ ante T. instans sortes curret ergo añ quodlꝫ instans post T. instans sortes curret. ꝛ p⁹ꝯña nullũ erit instans post T. instans quin ante illud sortes curret: et sic patet veritas añtis. ꝛ ꝯña ex casu patet esse falsum.

¶ Pro isto dicatur negando consequentiam.

Et silr ad probationẽ ꝯñe negetur ꝯña. vñ propõ de immediate dꝫ sic exponi. Post te instans sortes curret: ꝛ nullũ erit instãs post T. instãs quin inter illud ꝛ T instãs T. curret: ergo immediate post T. instãs sortes curret. ¶ Et cosimiter nõ valet ista ꝯña. In hoc instãti sortes non curret: ꝛ imediate post hoc sortes curret: ergo i hoc instãti sortes incipiet currere demonstrãdo per ly hoc in minori aliquod instãs futurum immediate post instans in quo sortes curret. Et sic ptz ꝙ non valet consequentia.

¶ Unde propositio de incipit sic debet exponi.

Sortes iam non currit sed immediate post hoc instans quod est presens S. curret: ergo S. incipit currere. Uel sic. sortes currit, et immediate ante hoc instans quod est pns S. non currebat: ergo sortes incipit currere.

¶ Septimodecimo sic arguitur / hec est bona De necessitate homo est aial: ergo de necessitate ille hō est aial ⁊ ille ⁊ illa. ⁊ sic de singulis. pbatio ꝯñe arguit a termino stāte ꝯfuse ⁊ distributiue ad eius supposita copulatiue: ergo bona. Et ꝙ sic pbatur. ille terminus de necessitate / hꝫ vim confundendi terminū cōem sup quē cadit: ergo cū nō impediat: ita facit in ꝓposito. Añs pbat ꝑ maiorē ille termin⁹ de necessitate hꝫ terminū mobilitādi: ⁊ quicquid mobilitat mobilitatū / mobilitat imobilitatū ergo. ⁊c. Maior ptꝫ qꝛ sic dico. De necessitate ois hō est aial. ly hō stat immobilitāter. virtute istius termini modalis de necessitate: qꝛ non sequit̃ de necessitate ois hō est aial: ergo de necessitate: qꝛ nō sequit̃ de necessitate ois hō est aial: ergo de necessitate ille hō est aial: ergo. ⁊c. Añs est verū: vt ptꝫ ꝑ exponētes sint officiātes: qꝛ ois hō est aial. ⁊ nō potest esse quin ois hō est aial: ergo. ⁊c. ⁊ ꝯñs est falsū: ergo. ⁊c. Et ꝙ principalis ꝯña non valet pbatur: qꝛ antecedens est verū ⁊ consequens falsum.

¶ Ad istud dicatur negando consequentiam.

Et negetur ꝙ iste termin⁹ de necessitate mobilitat: sicut nec alij termini determināti aliquē complexū: quia tales sunt oēs termini modales: tales eni imobilitāt non mobilitāt. ideo nō est verū. quicquid imobilitat imobilitatū mobilitat mobilitatū sicut nec vniuersaliter quilibet termin⁹ q̄ pōt mobilitare potest imobilitare verbū eni substantiuū pdicans scdm adiacens: mobilitat huiꝰ subiectū et hꝰ terminū cōem ⁊ non pōt imobilitare aliud: vt patet. sic dicendo albū est: ly albū stat cōiter mobilitāter: sicut hic omne albū est. idcꝫ in talib⁹ particularis ꝓpo affirmatiua ꝯuertitur generaliter cū ꝑpo vniuersali. istud eni est verū ꝙ sic termin⁹ cōmunis in rōne positus ꝑpter appositionē alicui⁹ dictionis stet mobilitanter: qui prius stetit imobilitanter ꝯtingit post ammonitionē eiusdē relinquere terminū stantē cōfuse tm̄ sicut prius vel imobilitanter: ⁊ tūc dicit hmōi termin⁹ imobilitare: sicut Aristoteles dicit gubernatorē nauis esse causam periclitationis nauis in casu quo periclitatur nauis in eius absentia propter defectum gubernationis.

¶ Octauodecimo sic. Hec est bona cōsequentia.

¶ Tu desinis scire aliquam ꝓpōnem: ergo tu desinis scire istā propōnē ⁊ istam ⁊ sic de singulis. Probat ꝯña. a termino stante confuse ⁊ distributiue ⁊ mobilitāter ad eius supposita: ergo. ⁊c. Añs pbatur non ꝑpter aliud cōfundit aliquis terminus aliū. nisi qꝛ includit negationē in altera eius exponente: sed eque bene importat ille termin⁹ desinit negationē in ei⁹ exponentib⁹: sicut hec dictio differt: ergo eque confundit sicut hoc verbū differt in eius exponente. ⁊ per ꝯñs sequit̃ tu desinis scire istā ⁊ istā. ⁊c. Et ꝙ non valet pbatur: ⁊ pono ꝙ sint multe ꝓpōes quas non sciuisti. ⁊ ꝙ iā scias aliquā et ꝙ immediate post hoc non scias aliquā. sic patet antecedens fore verū. ⁊ ꝯñs falsum: ⁊ per ꝯñs argumētū non valet.

¶ Ad istud respondetur negādo consequentiā principalē: ⁊ negetur ꝙ iste terminus desinit mobilitat terminū sed imobilitat. Pro quo est notandū ꝙ aliqui sunt termini exponibiles; quoꝝ act⁹ cadit pncipaliter sup terminū assignatū: ⁊ nō pncipaliter sup cōplexū. cuiusmodi sunt signa vniuersalia: ⁊ hoc verbū differt: q̄ termini non requirunt gñaliter in suis exponentib⁹ verbū ampliatiuū necꝫ verbū alterius tpis q̄ꝫ est verbū expositū: vt ptꝫ de eisdē / ⁊ tales termini gñalit̃ mobilitāt. Alij sūt termini quoꝝ act⁹ pncipaliter cadit sup cōplexū ⁊ nō sup terminū solū q̄ requirūt in suis exponentibus verbū āpliatiuū vel aliter verbū preteriti tpis vl' futuri. cuiusmodi sūt tales termini necessariū. ⁊ de necessitate incipit / desinit / ⁊ hmōi. ⁊ tales cōiter immobilitant: ⁊ non mobilitant

¶ Ideo duplex est diuersitas / quare differt confuns

dit mobilitāter ⁊ desinit non. Primo q actus hui⁹ verbi differt/cadit principaliter sup vnum terminū: ⁊ sic nō cadit actus huius verbi desinit. Scdō q hoc verbum differt nō includit in se diuersas differētias tempoꝝ. sicut hoc verbum desinit. actus tñ dictionis exclusiue cadit super totū predicatū principalr: ⁊ raro super subiectū. ⁊ econtra de vniuersali affirmatiua. Item ille termin⁹ immediate sm aliquos est signum vniuersale includens in se suum distributum: vt bene sequitur. immediate post hoc instans ero/hoc erit instans post hoc: ergo immediate post hoc ero. ⁊ sic de singulis.

¶ Nonodecimo sic arguitur. hec cōsequentia est bona. Aliquātulum sortes est. ⁊ tm plato est: ergo tm plato est. Arguit a tota copulatiua ad alterā eius partē. Et q nō valet pbat: ⁊ pono istū casuz q sortes sit pedalis qtitatis precise/⁊ plato similr. iam añs est verū ⁊ ɔñs falsuz. Primo q añs sit verū ptz sic. pedale S. ē ⁊ tm P. est. qr pedale P. est oē pedale aliquātū est: ergo aliquātū sortes est/⁊ tm plato est. ¶ Itē quantū est sortes tantū est plato/qr per casum sortes ⁊ plato sunt equales: ergo aliquantū sortes est/⁊ tm plato est. Et q ɔñs sit falsum patet: cum illud consequens est congruum/oportet vt sit exclusiua ⁊ falsa. quoniam aliquod aliud q plato est.

¶ Ad istud dicatur negando consequentiā/quia consequens non potest sumi nisi exclusiue. et sic est falsa. vel demonstratiue. et sic est impertinēs antecedenti: vel tertio modo relatiue: ⁊ tunc foret per se consequēs imperfectum/quia tunc habet quantam pro intellectu relatiue.

¶ Notādū q aliqua est copulatiua vera in partibus independentib⁹: ⁊ de talibus intelligitur regula. scz a tota copulatiua ad alterā eius partem est consequentia bona. Aliqua est copulatiua de partib⁹ dependētiu in significationē. ⁊ de talibus non intelligitur regula. ⁊c. ¶ Et sic patet responsio. sicut hic aliquantum sortes est. ⁊c. vt supra.

¶ Uicesimo sic arguit. hec ɔñ3 est bona. Tm substātia nō est accñs: ergo tm aliqd nō est accñs. q sit bona pbat: qr arguit ab inferiori ad suum superi⁹ cū dictione exclusiua addita subiectis. ergo ⁊c. non pōt dici q negatio postposita impedit mediū arguendi/sequitur eni formaliter. tm hō non currit: ergo tm aīal non currit. Itē añs est possibile: ergo ɔña bona. cuz scda eius exponēs est falsa ⁊ ipossibilis/qr necessariuz ē q aliqd qd nō est suba nō est accñs qd est eius oppositū. ⁊ illud pbat sic. hec est ɔña bona: chymera nō est suba: ⁊ chymera non est accñs: ergo aliqd qd nō est suba non est accñs: ⁊ totū añs est necessariū: ergo ⁊ ɔñs: ⁊ p ɔñs ɔña prīa est bona. Et q prima ɔña nō valet pbatur sic. qr añs est verū ⁊ ɔñs falsuz: ergo ⁊c. q añs sit verū arguitur sic/sequitur substātia nō est accñs. sed oē aliud a substātia est accñs: ergo tm substātia nō est accñs ab exponentib⁹ ad expositū. totum añs est verū. ergo ⁊ ɔñs. Et q ɔñs prime ɔñe sit falsum ptz: qr altera eius exponens est falsa. ergo ⁊c. videlicet illa. omne aliud ab aliquo est accidens: cum nichil sit aliud ab aliquo.

¶ Pro isto respondent aliqui/ponentes veritates de preterito et de futuro cōcedendo ɔñam: quia añs est impossibile. cum aliquid sit eius quod neq est substantia neq accidens vt talis veritas. non me esse asinum siue antichristū fore. ¶ Sed aliter respondent aliqui negantes hmōi veritates: qui non ponunt aliquod ens quod non est substantia et accidens negando cōsequentiā dicentes q qūis valeat in aliis cōsimilibus. tamen de forma non valet de terminis transcēdentibus: ⁊ ratio est/quia terminus transcendens pp̄ter sui cōitatem non potest excludi. sicut non sequit. tm iste homo nō differt ab illo hoīe: ergo tm ens non differt ab illo hoīe: notū est enim per eius exponentes q ɔña nō valet. nec est incōueniens q ex tali negatione sequitur affirmatiua cum ipsa non sit mera negatio sed negatio preiacens. ⁊ sic de aliis.

¶ Uicesimo primo sic. Ois hō est aial: ergo omnis hō est asinus. hec est bona. & hec eadē non valet: ergo. &c. q̄ nō valet p3. Et q̄ sit bona pbatur: q2 sequitur nullus hō est aial: ergo nullus hō est asinus. et per ꝯñs nullus hō est aial. in ista ppōne remouetur vniuersaliter aial ab hoie: & quicq̄d et q̄liter remouetur i ista ppōne. nullus hō est aial. cōtrarie affirmatur de ista/ quilibet hō est aial: ergo in illa ois hō est aial affirmatur quilibet asin⁹ de hoie & per ꝯñs sequitur. ois hō est aial: ergo ois hō est asinus. ¶ pro isto dicatur negando ꝯñam. & negetur q̄ quicq̄d et q̄litercūq̄ negatur in ista null⁹ hō est aial: & affirmatur in ista ois hō est aial. In negatiua eni ppter vehementiā negatiōis distribuitur tā subiectū q̄ pdicatū. vbi in affirmatiua solum distribuitur subiectū. Concedatur tñ q̄ quicq̄d affirmatur pmo de subiecto in vna propositione idē vel sibi synonymum remouetur de subiecto in altera propōne. sed nō qualitercunq̄/ & ratio est q̄ vniuersaliter distributiue remouetur predicatum in negatiua & confuse tantū & non distributiue/ affirmatur in affirmatiua.

¶ Uicesimosecundo sic. Tu credis precise q̄ homo ē asinus: ergo tu deciperis. hec est bona et hec eadem non valet. q̄ sit bona probatur: quia sequitur. tu credis precise q̄ hō est asin⁹: ergo precise tu credis sicut nō est et vltra: ergo tu deciperis. p3 ꝯña iuxta cōem vsum loquendi de isto termino decipi. Et q̄ nō valet pbatur i casu. Tu credis pcise q̄ homo est asin⁹. qñ non deciperis: ergo nō deciperis. Añs probo & pono q̄ tu credis istā: homo est asin⁹ qñ non deciperis. tunc sequitur cum ista precise significat q̄ hō est asinus qñ non deciperis sequitur q̄ tu credis precise q̄ homo est asinus quando non deciperis. ¶ Ad istud respondent aliqui negādo primā ꝯñam factā p improbatione principalis ꝯñe. nō eni iuxta eos sequitur. tu credis precise q̄ homo est asinus qñ nō deciperis: ergo tu non deciperis: q2 añs nō est temporalis sed cathegorice de tpali predicato cū actus huius verbi credo cadat sup totā compositionē: potest tñ esse vna temporalis & in casu q̄ sit/ tūc est falsa & impossibilis: & sic in diuersis ppōnis sensibus equiuocis pōt eadē ppō esse vera & falsa facta variatione in mō signdi. ¶ Sed aliter respōdent cōcedendo principalē ꝯñam et ad quā factam pro eius improbatione cōcedūt illā ꝯñam/ et negant añs: vlterius negant casum & dicunt q̄ non est possibile credere precise aliqualiter qualiter non est cū eo ipo: q2 credo aliter q̄ habeo euidentiā ad credendū sic quod credo. sed quo ad illos oportet demere hanc dictionē precise. Et arguitur tūc conformiter sicut primo & stabit argumentū nō eo minus. Et conformiter respōdetur ad tales. Tu scies A fore verum anteq̄ A erit verū. pōt tñ act⁹ huius verbi scio cadere sup totū cōplexū et sic est ppositio cathegorica de tēporali predicato falsa: q2 significat q̄ tu scies talem veritatē A fore verum anteq̄ A erit verum. hec eni propō A erit verum anteq̄ A erit verum ē falsa: vt patet euidenter. Secundo potest actus huius verbi scio cadere super primam propositionem solū: & sic est propō possibilis posito q̄ hodie sciam verum et scias q̄ erit verum.

¶ Uicesimotercio sic. Si tu es asinus tu es asinus et tu es asinus: ergo tu es asinus. hec est bona & hec nō valet: ergo. &c. q̄ sit bona pbatur: q2 arguitur a tota conditionali cum suo antecedente ad consequēs eiusdē: ergo. &c. Et q̄ non valet/ probatur. añs est verū & ꝯñs falsum: ergo añs pbat sic. Añs est vna cōditionalis necessaria/ & p ꝯñs ipm est necessariū: p3 ergo añs esse verū/ cū formaliter sequitur. tu es asin⁹: g̃ tu es asin⁹/ & tu es asin⁹: & tunc ex oi ꝯña bona pōt fieri conditionalis bona. sequitur eni q̄ cōditionalis bona cōuertitur cū ꝯña que est bona: et cum añs sit huiusmodi conditionalis sequitur q̄ añs principalis consequentie sit verum/ cuius consequens sine aliqua pbatione patet esse falsum. ergo consequentia non valet.

¶ Ad istam consequentiam respondeo diuersimode: Uidetur michi probabilis ac leuius sustinendū pro iuuenib⁹ dubitare cōsequētiā

q̄ꝫ pponitur et hoc q̄ rn̄dens nescit verū sumat añs copulatiue vl' conditionalit, ꝑ per ꝯñs nescit an sit bona vel non bona. Certificet ergo opponēs vnū sensū: et respondens tunc ad cū respondeat. Si añs sumat copulatiue ꝯstat añs fore verū ꝛ argumentū bonū: ꝛ añs impossibile. Unde ad hoc inueniendū adiungit cōtēr iste terminus sed. si totū añs sit conditionalis non valet argumentum. Et cōformiter dicitur ad hoc argumentum. Tu es asinus vel tu non es asinus. ꝛ tu es asinus: ergo tu es asinus. dubitanda est ꝯña. si enim añs sit copulatiua vera. patet argumentum esse bonū. Si disiunctiua patet argumentū non valere. Aliis autem placet concedere tales ꝯñas. eo q̄ hn̄t vnū sensum p̄mariū verū. et dicūt per cōcessionē q̄ limitat añs ad sensum cōpositū. vn̄ dicunt q̄ ꝯstat aliquē talē esse verā in sensu tn̄ alio sensu copulatiue. hec tn̄ est ibi falsa. Et si ponitur s'm diuersos significat diuersimode. admittit tunc illam esse veram vni et alteri falsam. Uel aliter dicunt ipsam nō esse propōnē. sed dicunt q̄ est plures ppōnes. Uel tertio dicunt. q̄ est ita sicut falsa: q̄ sicut non est illa primarie significat. nec sequitur q̄ ista sit vera. ꝯtrius significat primarie sicut est. hoc est q̄ precise sicut est significat: ꝛ q̄ non signt primarie sicut non est. Multe sunt ergo altercationes in hypotheticis mixtis. vt hic. quicquid esses si asinus esses illud non esses. sed asin⁹ esses si asin⁹ esses: ergo asinus nunc esses: non valet ꝯña: cum añs sit verū, ꝛ ꝯñs falsum. Si enim esses asinus esses quodlibet quod iam es. sicut patet cū ex impossibili sequitur quodlibet vel sequi potest. Immo solum hoc esses si asinus esses. et tamen aliud ad hoc esses si asinus esses. cum ex impossibili sequitur quodlibet ꝑ pars cōtradictionis: ista tamen quicquid esses si asinus esses idem nō es. quod equivalet huic. potest esse q̄d es asinus cū hoc q̄ non sit quicquid nunc esses est falsam. Si aliquis pōt eē propositio hypothetica cathegorica de conditionato extremo sit impossibile aliqd q̄ eēs si asin⁹ eēs nisi es ꝛ nichil es q̄ nō eēs si eēs asin⁹ qcqd. ꝛc. et tūc minor est vera: q̄ cui⁹ oppositū est falsū. vz aliqd es qd nō eēs si asin⁹ esses. quicqd eni dr q̄ nūc eēs idem eēs si asin⁹ esses. ꝛ ideo falsum est q̄ idē nō esses si asin⁹ eēs. verū tn̄ vniuersalis assignata sic sūpta de ꝯditionato extremo est contingens cū illa sit falsa me non existente ꝯtrius tam cōditionalis in eisdē terminis sit necessaria cuius contrarium debet dari per negationē prepositam toti sic. Sed minus. oportet tūc equivalet istud contrarium huic. non sum aliquid quod essem si essem asin⁹. que me existente est falsa. me non existente est verum. cum sit contingens. et sic conformiter de multis aliis. Certum enim est q̄ prioritas vel posterioritas non necessario causat homines. Ad quod contra voluntatem suam tales propositiones copulatiue vl' disiunctiue. et sic patet responsio.

¶ Uicesimoquarto sic. Hec consequētia est bona. Uos scitis hoc esse: ergo hoc scitis esse. Et hec eadem non valet: ergo. ꝛc. q̄ sit bona probatur: q̄ arguitur a sensu composito ad sensum diuisum. vbi hoc pronomen hoc est simplex subiectum sine aliquo determinabili: ergo consequentia bona. ꝛ q̄ nō valet probatur. et pono q̄ per ly hoc demonstretur animal a remotis quod credas esse lapidem in illo casu. Antecedens est verum cum talis propositio sit scita a te hoc ē hoc: sive hec res sit hec res: que precise significat hoc esse hoc: ergo tu scis hoc esse hoc. Et q̄ ꝯñs sit falsum probatur: quia nichil scitis esse hoc: ergo nō hoc scitis esse hoc. Añs probatur sic. nichil quod est hoc scitis esse hoc. sicut patet ex casu. nec aliquid quod nō est hoc scitis esse hoc: ergo nichil scitis esse hoc. ꝯña patet. ꝛ maior probatur sic: q̄ nullum animal scis esse hoc. ꝛ solū animal credis esse hoc: ergo nil qd est hoc scis esse hoc. Antecedens sic nullū animal credis esse hoc quia per casum credis hoc esse lapidem et cum casu nichil scis nisi aliqualiter sic qualiter credas. sequitur q̄ nullum animal scis hoc esse. ¶ Item q̄ idem qd credis esse hoc scis esse hoc: quia lapidem credis esse hoc. et nullus lapis est hoc: ꝛ sic idem q̄ non credis esse hoc scis esse hoc: tamen ad omne scire requiritur credere: ergo. ꝛc. Scire est credere sine hesitare contraria.

¶ Finis argumentationum.

Sequitur de reduplicationibus.

Pro faciliori iuuenum informatione ostendo vitam probabilem de reduplicatiuis ꝛ eorum conditionibus de multis pauca colligendo restat pertractandum.

¶ Primo videndum est. quot et que exponentes requiruntur ad propositionem reduplicatiuam. ¶ Secundo qualiter est contradictio accipienda in reduplicatiuis. ¶ Tertio qualiter termini in eadē supponūt. ¶ Circa primam est notandum ꝙ in propositione reduplicatiua ponitur ille terminus inq̄ntum. vel ei equiualens. cuiusmodi sunt isti termini inq̄ntum: secūdum/ ꝙ/ put/ ego ipse/ et hm̄oi. Non tamen omnis propositio est reduplicatiua in qua ponitur ille terminus inq̄ntum: vel ei equiualens.

¶ Ad cuius euidentiam est intelligendum ꝙ hec dictio inq̄tū vel ei equiualens pōt teneri dupliciter. s. specificatiue vel reduplicatiue. Qn̄ tenet specificatiue: tunc determinat illū terminū cui additur ad certam modū vel ratione vel ad certā speciē alicuius entis accipiendū. Ut cū dr̄: corpus (in q̄ntum mobile) est subiectum libri phisicoꝝ. Motus est actus entis in potētia (fm̄ qd̄ est in potētia) Et isto mō dicunt grāmatici ꝙ l ra (inq̄tū l ra) nō est syllaba ꝛ syllaba inq̄tū syllaba: nō est dictio. ꝛ sic l ra sub q̄ rōne est l ra nō est syllaba sub eadē rōne. ¶ Itē in istis vero propōnibus ille terminus inq̄tū tenet specificatiue: qꝛ determinat vel specificat illud cui additur ad specialem modum accipiendi vel considerandi. Qn̄ enī ille terminꝰ inq̄tū tenet reduplicatiue vl sibi aliqua equiualens. tūc potest illa ꝓpositio in qua ponitur dupliciter reduplicari. Uno mō gr̄a concomitantie. Alio modo gr̄a cause. Si tn̄ habeat reduplicari gr̄a cōcomitantie. i. ꝯhe si reduplicatio et ṗcipale verbū affirmentur sufficit ad veritatem reduplicatiue ꝙ ṗncipale predicatum insit termino reduplicato vel subiecto principali: ꝛ hoc vniuersaliter sumpto. Scđo ꝙ inter illud sup qd̄ cadit reduplicatio ꝛ predicatum principale sit concomitātia affirmata de subiecto ṗcipali conditionaliter sumpto. ꝛ ꝯn̄a sit necessaria: ꝛ tūc ille due exponentes sufficiūt ad veritatē. Ut hō inq̄tum homo est risibilis. reduplicatur sic gr̄a cōcomitantie. Omnis homo est risibilis. et si homo est homo. homo est risibilis. Ista regula est vera: eo ꝙ principale predicatum affirmatur de subiecto principali vniuersaliter sumpto. ꝛ ipsa de necessario concomitātur se: vt patet. ¶ Sꝫ si reduplicatio gr̄a cause. tūc predictas exponētes requirit tertia ypothetica causalis: scꝫ ista qꝛ homo est homo. homo est risibilis.

¶ Nota ꝙ causa dicit quatuor modis. scilicet causa materialis/ causa formalis/ cā efficiens/ ꝛ cā finalis. Et sic sunt quatuor gn̄a causaꝝ: ita q̄druplicitr̄ sumit causalis. Aliq̄ a cā materiali: vt hō (inq̄tū cōponit ex q̄tuor elemētis ꝯtrariis) est corruptibilis. Ista est vera in q̄tū sit reduplicatio gr̄a cause materialis: qꝛ hō gr̄a materie est corruptibilis. Et hec est vera. hō inq̄tū hō est rōnalis fm̄ ꝙ sit reduplicatio gr̄a cause formalis: qꝛ ala itellectiua ē cā formalis ꝓpter quā hō est rōnalis. Et hec est vera. Ignis inq̄tum calidus est calefactiuus siue calefactiuus fm̄ ꝙ sit reduplicatio gratia cause efficientis quia calor est causa effectiua calefactionis. ꝛ sic de aliis.

¶ Ulterius est notandum ꝙ propositio reduplicatiua non est vera gratia concomitantie: nisi qn̄ terminꝰ reduplicatiꝰ ꝛ predicatū necessario concomitantur se: vel qn̄ predicatū sit superius ad terminū reduplicatū: vt supposito ꝙ ols hō currit. ꝛ solū hō currit. hec est falsa in ol sensu. hō inq̄tū hō est currens: qꝛ homo est currens nō necessario concomitātur se. [illegible] nec est currens superius ad hominem.

¶ Ex istis possunt solui huiusmodi sophismata. Ali
qua(inquantum conueniunt) differunt. vel ecōtra. qr tales propōnes sunt distingue
de eo q iste terminus inquantum potest teneri reduplicatiue: vel specificatiue. si
specificatiue false sunt. cū tunc significāt q sub eadem ratiōe qua oīa ꝯueniūt
differunt: qđ est falsum: et ita de similitudibus. Si tenet reduplicatiue: adhuc di-
stinguende sunt. eo q potest fieri reduplicatio grā cōcomitantie vel gratia cause
Primo modo sunt vere. qr conuenientia et differentia necessario se ꝯcomitāt et cō
uertunt: qr omnia que cōueniūt differūt. similiter ecōtra. omnia que differūt cō
ueniūt. Nā differentia sup diuersitatē addit conuenientiā. et diuersitas est supe
rior ad differētiā. nam sequit. ista differūt. ergo sunt diuersa. sed nō ecōtra. cum
decē sint pdicamēta diuersa. et tn̄ nō differūt. Differentia enim (sm philosophū)
sunt que in aliquo cōuenientia/sm se diuersitates habent. Sed ita stricte non lo
quitur sophista de differentia. Nota q illa concomitant se quorū vnum sequitur
ad alterū et econtra. cuiusmodi sunt omnes termini cōuertibiles. vt hō est risibi
le. Et illi termini quorū vnū sequit ad alterū. et non ecōtra vt hō et aīal comitant
se. sed non ꝯcomitant. et oēs huiōi termini q non cōuertunt. nec alter ad alterum
sequitur. nec ꝯcomitant nec comitant. vt hō/asinus/lapis et hmōi.

¶ Istis visis videndū est quot et q̄ reduplicātes re-
quirūt ad ppositionē reduplicatiuā. qn̄ reduplicatio affirmat et pncipale verbū
negetur. vel qn̄ principale verbum affirmatur. et reduplicatio negetur. vel vtrūq
negetur. vel qn̄ idem super quod cadit reduplicatio negetur. Tot enim diuersi-
tates contingit reperire in reduplicatiuis. etc.

¶ Unde notādum est q qn̄ reduplicatio affirmatur.
Et etiam illud affirmat super quod cadit reduplicatio. et principale verbū neget
tunc ad talem reduplicatiuam sm q reduplicatur gratia cōcomitantie sufficit
q predicatum remouet vniuersaliter ab illo super qđ cadit reduplicatio. Et scđo
q sit quedā conditionalis in qua sequitur formaliter negatio predicati [illegible]
[illegible] Exemplum.

¶ Sortes inquantū homo non est asinus. sic redupli
catur. nihil quod est homo est asinus. et si sortes est homo/sortes non est asinus.
Tunc patet q talis reduplicatiua siue sortes sit siue non sit est vera. cum redupli
catiua negatiua non implicat partem reduplicatiuā esse. Si tamen in tali redu
plicatiua fiat reduplicatio gratia cause. tunc requirit causalis preter predictas
duas exponentes in qua denotatur q predicatio termini reduplicati de subiecto
est causa essendi negatiōis pdicati. tūc predicta ppō est vera (sorte existēte) et tūc
ipsum esse est cā q ipse non est asinus. sed illo non existente est falsa: qr tūc ipm esse
non est causa alicuius. et sic ista propositio est contingens. Qn̄ vero reduplicatio
negatur/et principale verbum affirmatur. tunc ad veritatem talis propositionis
sufficit q oppositum alicuius exponentis reduplicatiue sit verū. qr regula gene-
ralis est. q quando multe propositiones exponūt vnam propositionē: ita q cuar
rent totum intellectum illius. tunc oppositum cuiuslibet opponentis est causa ve
ritatis contradictoriū propositionis exponende. vt patet in exclusiuis et excepti-
uis. Unde ad veritatem istius. sortes non inquantum homo est asinus. sufficit q
oppositum alicuius exponentis affirmatiue sit verū. vt illa aliquis homo nō est
asinus. Uel sic. Non quia sortes est homo ipse est asinus. Uel sic. Non si sortes est
homo ipse est asinus.

¶ Si vero illud super quod cadit reduplicatio nege
tur: et reduplicatio affirmatur. et principale verbum si reduplicatio fiat gratia cō
comitantie requiritur vna vniuersalis in qua predicatum attribuitur illi vniuer
saliter super quod cadit reduplicatio eodem modo quo reduplicatio cadit sup
illud. et vna conditionalis in qua est concomitantia inter subiectum sumptum

cum parte reduplicatiua et predicatū pncipale. vt ista: sortes inq̄ntū non asin⁹ ē hō reduplicatur gratia cōcomitantie nullus asinus est hō: et si sortes non sit asin⁹ ipse est homo. Gratia cause exponitur cum causali sic: qr sortes nō est asinus ipe est homo cū aliis dictis. Et ex istis patet qualiter exponenda sit reduplicatiua in q̄ tam illud super qd cadit reduplicatio negetur: q etiam pncipale verbū. vt ista: substantia (inq̄ntū nō est accidēs) non est res per se exns: q̄ sic exponitur. Primo mō. Nullū accidēs est res p se exns et si substātia nō est accidēs nō est res p se exns. Et secūdo modo gratia cause. addēdo causalem: qr substantia nō est accidens q̄ nō est per se existens.

Ulterius est notandū: q contradictio est danda in

reduplicatiuis per negationē ppositā toti termino reduplicatiuo: vel toti propositioni. Et sic ista habet duas causas veritatis ex contradictoriis exponētiū istius reduplicatiue. Unde ista non sunt cōtradictoria. Asin⁹ (inquantū aial) est hō. et asinus inquātū aial nō est hō: qr illud formaliter affirmatur in vtraqz ppōne: sed non asin⁹ inquātū aial est hō fm qd reduplicatio principaliter negetur et verbū principale ex consequente.

De suppositionibus reduplicatiuorum.

Circa suppositiones terminorum in reduplicatiuis est sciendum q subiectum in reduplicatiua eodem modo supponit sicut in suo piacente. Illud aūt super qd cadit reduplicatio supponit confuse et distributiue cū sit termin⁹ communis acceptus sine signo: qr contingit descendere sub eo ad quodlibet eius per se inferi⁹: siue sit reduplicatio gr̄a cōcomitātie vel gratia cause. Quicq̄d eni necessario concomitatur superius: necessario concomitatur inferius cuiuscūqz superius est causa eiusdē est quodlibet inferius causa in eodē gn̄e cause aliquo modo. Et rō est: qr bene sequitur: et homo inquātū hō est sensibilis: ergo ois hō est sensibilis. Et hec est intētio phi. posteriorū. li. priorū qui dicit. Si bonū inquātū bonū est iusticia: ergo oē bonum est iusticia. Unde dr cōmuniter q nota in reduplicatiuis reduplicatiue accepta ponit vniuersaliter quod sic est intelligendū q reduplicatio facit predicatum vniuersaliter predicari de termino reduplicato modo quo reduplicatio cadit super ipsum. Si affirmatur: tūc affirmatiue. Si negetur: tūc negatiue. Tūc patet quomodo subiectū et pars reduplicata in ppōne reduplicatiua supponūt. Sed predicatū in reduplicatiua supponit confuse tantū.

Hic nota regulam de reduplicatiuis q in reduplicatiuis affirmatiuis.

Arguendo per se a parte inferiori ad suū superi⁹ a parte predicati est ɔ̄ña bona. vn̄ sequitur Sortes inquātū risibilis est aial: g̃ sortes inquātū risibilis est corp⁹. Sz arguendo a superiori ad suū inferius a parte pdicati nō valet ɔ̄ña. Un̄ nō sequitur: Sortes inquātū substātia animata sensibilis est aial: g̃ sortes inquātū substātia animata sensibilis est homo. Jō patet q predicatū in reduplicatiua affirmatiua supponit confuse tantū. Qr non contingit descendere ab eo nec copulatiue nec disiunctiue ad sua singularia vel inferiora.

Hec de reduplicatiuis sufficiunt.

Sequitur tractatus de insolubilibus

De diuisionibus propositionum.

De diuisionibus propositionum.

Quatuor sunt diuisiones propositionū: quarū
prima est hec. Aliqua ꝓpositio significat prin
cipaliter sicut est. Aliqua significat principaliter alit̄ q̄ȝ est: ⁊ aliqua sig̃t nec princi
paliter sicut est: nec principaliter aliter q̄ȝ est.

¶ Propō sig̃ns ṗncipaliter sicut est: est propō ꝑ quā ꝑse ⁊ adequate sig̃tur sicut
est: ⁊ illa sic sig̃ndo nō est pertinēs mediū ad inferendū seipsam sig̃re aliter q̄ȝ est: vt
hec propō deus est. vel vos sedetis si ita sit.

¶ Propō sig̃ns alit̄ q̄ȝ est: est ꝓpō impossibilis: vel propō adequate sig̃ns sicut non
est: vt homo est asinus: vel vos sedetis si ita non sit.

¶ Propō significās nec ṗncipaliter sicut est: nec ṗncipalit̄ aliter q̄ȝ est et propō sig
nificans aliqualiter esse et illa sic sig̃ndo est pertinēs mediū ad inferendū seipsam
nō significare ṗncipaliter sicut est: nec principaliter aliter q̄ȝ est: vt hec propositio
hec nō sig̃t sicut ista eadem demōstrata q̄ principaliter sig̃t q̄ ista nō sig̃t sicut est.
nec aliter q̄ȝ est: ⁊ hec similiter. oīs propō sig̃t alit̄ q̄ȝ est: que principaliter significat
q̄ oīs propō sig̃t aliter q̄ȝ est: et sic de singulis.

Pro isto est sciendū q̄ propositio pertinēs mediū ad
inferendū seipsam nō principaliter significare sicut est: nec aliter q̄ȝ est: est illa ex
qua per se sumpta vel cū totaliter esse et sicut est ex parte rei sequitur vł aptū natū ēē
qui illā nō ṗncipaliter significare sicut est: nec ṗncipalit̄ aliter q̄ȝ est. Exemplū hec
propō significat alit̄ q̄ȝ est. ⁊ hec propō ṗncipalit̄ sic significat: scȝ q̄ illa sig̃t alit̄ q̄ȝ ṗ
eadem demōstrata: tūc sequit̄ hec propositio sig̃t aliter q̄ȝ est: ⁊ hec propō princi
paliter sic sig̃t: ergo hec propō nō ṗncipaliter significat sicut est: ⁊ ita ex ista eadeȝ
cū totaliter sic esse sicut est. sequitur q̄ illa eadē nō sig̃t ṗncipaliter sicut est: nec prin
cipaliter aliter q̄ȝ est: ⁊ ideo ista non significat sicut est: nec aliter q̄ȝ est: ⁊ sicut ē de
ista: sic est de oībus aliis consimilibus.

¶ Secūda diuisio est hec: Propositionū aliqua falsi
ficat seipsam aliq̄ non. Propō falsificās seipsam est duplex quedā mediate: et que
dam immediate ¶ Propō falsificās seipsam mediate est propō significās principa
liter sicut est: vel alit̄ q̄ȝ est: q̄ falsificat propōnē aliā a se falsificante se. Exemplū sit
A/ propō sig̃ns principalit̄ q̄ B/ est falsum. ⁊ sit B/ propō significās ṗncipalit̄ q̄ A/
¶ Quedam sunt corpora homogenea/& quedaz etherogenea. ¶ Corpa homogenea sūt illa quorz oēs ptes sunt eiusdē nature: & eiusdē denotationis cū suo toto. nā qlibet ps aq est aq. & quelibet pars aeris est aer. ¶ Corpa etherogenea sunt illa quorz nō oēs ptes sunt eiusdē nature nec eiusdez denominationis cū suo toto. vt hō: & hmōi. nā quelibet pars hois nō est homo.

¶ De numero qualitatum primarū. quedā dicuntur actiue/quedā passiue. Actiue sunt caliditas/et frigiditas. Passiue sunt hūiditas & siccitas. & sic est i elementis in quibus denotantur. non tn dicunt actiue: qr non patiuntur. sed quia principaliter agunt: & ex pnte dicuntur passiua.

¶ Quattuor q sunt qualitates prime. Caliditas. Fri

giditas. Siccitas. et humiditas: ex quibus resultant omnes alie qualitates que non causantur ex alijs qualitatibꝰ. ¶ Qualitates secundarie sunt ille que resultant ex certa proportione primarum qualitatum adinuicem sicut nigredo ꝛ albedo. amaritudo/dulcedo. ꝛ sic de alijs. quarū quelibet dicitur vniformis: vl' difformis sicut et prime.

¶ **Qualitas vniformis est cuiꝰ quelibet pars est eque** intensa cum suo toto. vt si sit qualitas vniformis: tūc aliqua pars est maior alia nō tñ intēsior illa. Unde nō eadē de causa dicit albedo intensior alia: et maior: nā albedo dicitur intensior alia: qꝛ per maiorē distantiā distat a non gradu. et albedo dicitur maior alia: qꝛ extenditur per maius subiectum ꝙ̄ alia. vñ intensio qualitatis est ratione distantie a suo non gradu. sed magnitudo qualitatis est ratione subiecti. Uñ intensum et remissum sunt ꝓprie differentie q̄litatis. Ideo qualitas dr̄ intensa vel remissa. Sed magnū ꝛ paruū proprie sunt differentie q̄titatis ideo q̄titas dr̄ magna ꝛ parua per se rōne diminutionis vl' augmētationis. Et tñ qualitas dr̄ magna ꝛ parua. sed hoc non est per se: sed per accidens: qꝛ ratione alterius puta subiecti. Et quantitas dicitur intensa vel remissa. sed non per se: sꝫ per accidens: qꝛ ratione alterius puta qualitatis.

¶ **Qualitas difformis est illa cuius vna pars est intē**sior alia. Et illa est duplex scꝫ vniformiter difformis / ꝛ difformiť difformis. Qualitas difformiť difformis est. cuiꝰ ꝑtes sunt imediate ſm extensionē: tñ multū differūt ſm intentionē. i. cuiꝰ ꝑtes terminantur ad eundē punctū in q̄titate: ꝛ non determinatū ad eundē punctū in qualitate. vt si a sit corpus cuiꝰ vna medietas sit alba in summo gradu ſm se totū: ꝛ alia medietas eiusdē sit alba gradu medio ſm se totū. tunc tota illa albedo est difformiter difformis: ꝛ hoc corpus est albū difformiter difforme: cuius alique partes sunt imediate ſm extēsionē. i. ſꝫ quātitatē. ꝛ tñ multū distāt ſm intētionē. i. ſm qualitatē. Nā dicte medietates istiꝰ a / sunt immediate ſm extēsionē: qꝛ terminātur ad eundē punctū mediū illiꝰ a. Iste tñ medietates distāt ſm intēsionē: qꝛ nō terminant ad eundē gradū in qualitate sed distāt a qualitate ꝑ intensiuā qualitatē totius latitudinis albedinis. Aliqua dico esse imediata est dupliciter. scꝫ ſm intensionē: ꝛ ſm extensionē. sunt illa q̄ terminantur ad eundē punctū in quātitate: sed illa sunt immediata secundum intēsionem que terminantur ad eundem gradum in qualitate.

¶ **Qualitas vniformiter difformis est illa cuius om**nes partes que sunt immediate ſm extensionē. sunt immediate ſm intensionē. ꝛ terminant ad eundē gradū. nā ille gradus ad quē terminantur ille partes. est intensissimus: qꝛ nō est in parte intensiori. ꝛ ille gradꝰ ad quem sic terminantur est intensissimꝰ eoꝝ: qꝛ nō est in parte intēsiori. Et dr̄ remississimꝰ q̄ nō est i ꝑte remissiori. sed quilibet gradꝰ intensior illo est in parte intensiori citra certum gradum i. gradū summū. Ideo dr̄ intensissimꝰ: qui non est in parte intensiori. Et etiaꝫ ille gradus est remississimus: q̄ non est in parte remissiori: qꝛ ille non est in parte remissa. sed quilibet illo remissior est in parte remissiori.

¶ **Omnis qualitas vniformiter difformis termina**tur ad duos gradꝰ. vꝫ ad non gradū ꝛ ad gradū summū. Uñ q̄libet latitudo terminata ad duos gradꝰ: quoꝝ neuť est summꝰ ordinat ad vnū ſm extremū sui intensiue. ꝛ ad aliū gradū ſm extremum sui remissiue. ꝛ ille gradꝰ ad quē terminat ſm extremū sui intensius. dr̄ remississimꝰ: qꝛ nō est in ista latitudine. nā ille gradꝰ non est in illa latitudine: sed q̄libet illo remissior circa certū gradū est in ista latitudine: ergo. ꝛc. Et ille gradꝰ ad quē terminat ſm extremū sui remissius dr̄ intēsissimꝰ: qui non est in ista latitudine. ¶ Qꝫ sit sic arguit. iste non est in ista latitudine. sed quilibet illo intensior citra certū gradū est in illa latitudine: g̃. ꝛc.

¶ **Quelibet qualitas vniformiter difformis termi**

natur ad duos gradus ad quos terminatur extensiue. sed qualitas difformiter diffor mis aliquando terminatur ad duos gradus extensiue et aliquando intensiue. Qualitas vero vni formis non terminatur: sed potius terminat: quia qualitas vniformis se habet per me dium termini. Quelibet qualitas vniformiter difformis seu latitudo quod idem est correspon det gradui suo medio etiam est equalis intensionis cum gradu suo medio: et minus inten sa quam sua medietas intensior: et magis intensa quam sua medietas remissior. Unde latitu do a non gradu ad gradum medium. vt octo est equalis intensionis cum qualitate vnifor mi. vt quatuor. et sic de aliis.

Motus dicitur quadrupliciter. Motus vniformis / motus difformis / motus vniformiter difformis / et motus difformiter difformis. Motus vniformis est ille motus per quem in tempore equali spacium pertransitur equale. Un de mouere vniformiter est tantum spacium pertransire in vna parte temporis: sicut in alia sibi equali. Motus difformis est talis per quem in tempore equali spacium pertransitur inequale. Unde mouere difformiter est plus de spacio pertransire de tempore quam in alio sibi equali. Motus vniformiter difformis est quando vniformiter acquiritur latitudo motus. vel vniformiter deperditur latitudo motus. Unde mouere vniformiter difformiter est vni formiter acquirere latitudinem motus: vel vniformiter deperdere latitudinem motus. Motus difformiter difformis est quando difformiter acquiritur latitudo motus: vel difformiter deperditur latitudo motus. Unde mouere difformiter difformiter est diffor miter acquirere latitudinem motus: vel difformiter perdere latitudinem motus. Et quot modis dicitur motus tot modis dicitur intensio motus: et remissio motus: quia sicut motus se ha bet ad spacium ad extra: sic se habet intensio motus ad latitudinem ad infra. et sicut per motum acquiritur spacium ad extra. sic per intensionem motus acquiritur latitudo ad in fra. Ideo intensio est acquisitio latitudinis motus. Et intendere motum est acquirere latitudinem motus. Remissio motus est deperditio latitudinis motus. et remittere motum est deperdere latitudinem motus.

Unde intensio motus dicitur quadrupliciter. scilicet vni formis / difformis / vniformiter difformis / difformiter difformis. Intensio motus vni formis est quando in tempore equali latitudo motus acquiritur equalis. Intensio motus vni formiter est tantum de latitudine motus acquirere in vna parte temporis sicut in alia sibi equali. Remissio motus vniformis est quando in tempore aliquali latitudo motus deperditur equalis: ideo remittere motum vniformiter est tantum de latitudine motus deperdere in vno tempore sicut in alio sibi equali. Intensio motus difformis est quando in tempore equali latitudo motus acqui ritur inequalis. Unde intendere motus difformiter est plus de latitudine motus acqui rere in vna parte temporis quam in alia sibi equali. Sed remissio motus difformis est quando in tempore equali latitudo motus deperditur inequalis. Unde remittere quam in alio sibi equali. Inten sio motus vniformiter difformis est illa. motum difformiter est plus de latitudine mo tus deperdere in vno tempore mediante qua in tempore equali latitudo motus intensionis ac quiritur equalis. Unde vniformiter difforme intendere est motum tantum de latitudine inten sionis motus acquirere in vno tempore sicut in alio sibi inequali. Sed remissio motus vni formiter difformis est illa qua in tempore equali latitudo motus communis deperditur equalis. Unde remittere motum vniformiter difforme est tantum de latitudine motus deperdere in vna par te temporis sicut in alia sibi equali. Intensio motus difformiter difformis est illa quando in tempore equali latitudo motus acquiritur inequalis. Unde intendere difformiter difforme est plus de latitudine motus acquirere in vna parte temporis quam in alia sibi equali. Aliquid mo ueri vniformiter dicitur dupliciter. scilicet quoad tempus: et quo ad subiectum. Illud mouetur vniformiter quoad tempus cuius punctus velocissimo motu mouetur vniformiter. Illud mouetur vniformiter quo ad subiectum cuius quelibet pars equaliter mouetur cum suo toto. et sic est difformiter moueri. Solum motus successiuus est velox et tardus: sed motus subitus non.

Quatuor modis dicitur causa. scilicet materialis / formalis / efficiens / et finalis.

De figuris corporum.

¶ Materialis est illa ex qua cōponitur res pmo τ manet in re. Uñ causa materialis et materia sunt idē. ¶ Formalis est illa p quā res est talis qualis est qua posita ponitur τ res qua ablata aufertur τ res. ¶ Efficiēs est illud agēs qđ cōponit rē illam vel efficit eandē. ¶ Finalis est illa ꝓpter quā res primo fit τ pncipaliꝰ: verbi gra: vt ligna / lapides / τ huiusmodi sunt cause materiales domꝰ: τ talis forma resultās ex ꝯiunctione partiū adinuicē est cā formalis domꝰ. Ille carpētariꝰ ē cā efficiens domꝰ. Sȝ ꝯseruatio corporis. vt a frigore / tēpestate ē cā finalis domꝰ.

¶ Due causarum istarū sunt intrinsece: τ due extrinsece. ¶ Intrinsece sunt materialis τ formalis. ¶ Extrinsece sunt efficiēs et finalis. Uñ in pmo phisicorū tradita sunt tria pncipia rerū naturaliū intrinseca scȝ materia et forma τ pvatio: sed due pme sunt per se / tertiū per acciñs. ¶ Et sciendū est φ pvatio forme inducte est qñ hō facit cultellum τ nō habet formā illius: tunc idē est φ carentia forme inducte.

¶ Modo restat dicere de figuris corporū ꝓpter predictas naturales diuersimode positas.

¶ Corpꝰ colūpnare est corpꝰ longū figuratū ad modū colūpne: vt postis.

¶ Corpꝰ piramidale qđ est figuratū ad modū piri cuius extremū acutū vocatur conus / et extremū obtusum vocatur basis.

¶ Corpus circulare vel spericū est corpꝰ rotundū in cuius medio est vnus pūctus a quo oēs linee recte ad circūferentiā extracte sunt equales. τ ille pūctus vocatur centrū sphere vel circuli.

¶ Circūferētia sphere vel circuli est extrema superficies illiꝰ: extra quā nihil est illius. ¶ Dyametrū circuli est linea recta extēsa ab vno pūcto circūferētie ad pūctū sibi oppositū: q̄ trāsiens p centrū diuidit semicirculū in duos semicirculos.

¶ Semidyametrū est linea recta extēsa a cētro circuli ad circūferentiam eius.

¶ Semicirculus est medietas circuli.

¶ Corpus triangulū vel trigonū est corpus hñs tres angulos.

¶ Corpꝰ quadrāgulum est corpꝰ hñs quatuor latera τ quatuor angulos τ hoc dupliciter. Uꝫ hȝ quatuor angulos rectos: τ oīa latera eq̄lia. τ sic est quadratū. Uꝫ hȝ quatuor angulos rectos τ nō oīa latera equalia. τ sic est quadrangulū.

¶ Corpus pentagonū est corpꝰ habēs quinqȝ angulos et quinqȝ latera. τ sic de singulis aliis.

¶ Angulus rectus est qñ vna linea recta perpēdiculariter ducte cadet super aliā rectam lineam.

¶ Angulus acutus est quilibet angulꝰ minor recto.

¶ Angulus obtusus est quilibet angulus maior recto.

¶ Corpus planū est cuius superficies est plana τ nullatenus acuta: vt tabula.

¶ Corporuꝫ fere oīm predictorū huiusmodi figuras inuenies circa principiū libri naturarum.

¶ Incipit tractatus de proportionibus.

Omnis proportio aut est cōmuniter dicta: aut proprie dicta / aut magis ꝓprie dicta.

¶ Proportio cōiter dicta est duorū comparatorū cuiuscūqȝ generis fuerint in aliquo in quo comparatur vnius ad alterum habitudo: τ talis proportio pōt dici inter omnia equalis et inequalis: hoc est secundum magis et minus se habentia.


q inter omnia similia. ideo inter ea ad que potest esse pparatio aliquo modo pōt esse inter ea proportio cōmuniter dicta. ¶ Proportio pprie dicta est duorū comparatorū ad inuicē eiusdē generis vni⁹ ad alterā habitudo. sed talis pportio nō solū est inter quātitates: sed etiā inter quascūq; res eiusdē generis siue sint qualitates. siue sint quātitates. ⁊ sic de ceteris reperitur. ¶ Proportio magis pprie dicta solum est inter quātitates. et diffinitur sic. Est duarum quantitatū eiusdē generis vnius ad alterum habitudo. Per hoc qđ dicit eiusdem generis excludit q inter substantiam et accidens non est proportio magis pprie dicta: quia substantia ⁊ accidens non sunt eiusdem generis.

¶ Proportio magis proprie dicta dicit̄ duobus modis. Quedā est rationalis: ⁊ quedā irrationalis. Rationalis est illa q̄ immediate denolatur ab aliq̄ certo nūero: et pportio dupla imediate denolatur a duobus. ¶ Proportio irrationalis est illa q imediate denolatur ab aliquo certo numero: et medietas pportiōis duple imediate denolatur a pportione dupla: ⁊ pportio dupla imediate a duob⁹: ergo medietas pportiōis duple denolatur a duobus. ¶ Proportio rōnalis differt a pportione irrationali: qz pportio rōnalis solū est inter quātitates cōmensurabiles seu cōicantes. pportio irrationalis solū est inter quātitates incōmensurabiles seu non cōmunicantes reperitur.

¶ Quātitates autē cōmensurabiles rōnales seu cōicantes sunt ille q̄bus est vna mensura cōis quālibet illarū precise mensurās sicut linea bipedalis ⁊ tripedalis: quarū vtraq; mēsurat linea pedalis. Linea enim pedalis bis sumpta mensurat precise ⁊ reddit bipedale: ter vero sumpta precise mensurat ⁊ reddit tripedale. ideo linea bipedalis ⁊ tripedalis sunt quantitates commensurabiles rationales seu cōmunicantes.

¶ Quātitates autē incōmensurabiles/ irrationales seu non cōicantes sunt ille q̄bus nō est vna mensura cōis quālibet illarū p̄cise mēsurās: sicut dyametrū ⁊ costa quadrati/ qz medietas coste quadrati bis sumpta min⁹ reddit q̄ eq̄liter dyametrū. silr si ter sumatur magis reddit q̄ eq̄liter dyametrū. Silr medietas dyametri bis sūpta eq̄liter reddit dyametrū. ⁊ si bis sumatur nō mēsurat equaliter costā quadrati. ptz ergo q dyametrū ⁊ costa quadrati sunt q̄titates incōmensurabiles irrationales seu non cōicantes.

¶ Figura.



¶ Proportio rationalis in numeris reperitur: et in alijs quibuscunque quantitatibus. Proportio irrationalis nõ inter numeros reperit, sed inter alias quantitates põt esse/ et causa est: quia non sunt aliqui duo numeri significãdi quin inter illos sit proportio rationalis. quia illis est vna mensura cõmunis qualibet illarũ precise mensurans: scilicet vnitas.

¶ Proportio magis proprie dicta dicitur dupliciter. Quedã est equalitatis/ et quedã inequalitatis. Proportio equalitatis est duarũ quãtitatũ equalium adinuicem habitudo: sicut inter vnum et vnũ/ duo et duo. ¶ Proportio inequalitatis est duarũ quãtitatũ inequaliũ adinuicem habitudo. Et hec est duplex. quedã est maioris inequalitatis et quedã minoris inequalitatis. ¶ Proportio maioris inequalitatis est habitudo maioris quãtitatis ad minorẽ: vt duo ad vnũ: tria ad duo. ¶ Proportio minoris inequalitatis est habitudo maioris quãtitatis ad maiorem. vt vnum ad duo: duo ad tria.

¶ Proportio maioris inequalitatis dicitur quinque modis. Multiplex. Superparticularis. Superpartiens. Multiplex superparticularis. et multiplex superpartiens.

¶ Multiplex est habitudo maioris quãtitatis ad minorẽ illam multotiẽs cõtinens. Et hec in species infinitas partitur. Si enim maior numerus bis contineat minorẽ: tunc est proportio dupla/ et si ter tripla/ et sic in infinitum. Exemplũ proportionis duple: vt duo ad vnũ. quattuor ad duo. Exemplũ proportiõis triple: vt tria ad vnum. ix. ad. iij.

¶ Superparticularis est habitudo maioris quãtitatis ad minorẽ semel illã cõtinens et eius partẽ aliquotã vltra. Pars aliquota est illa que aliquotiẽs sumpta reddit equaliter suum totũ. Pars vero non aliquota est illa que multotiẽs sumpta non reddit aliqualiter suum totum. Ut binarius respectu quinarij: et binarius respectu septenarij. et sic de singulis.

¶ Hec vero proportio infinitã recipit sectionẽ. Unde si maior numerus semel cõtineat minorem et medietatẽ minoris numeri vltra se: tunc sexquialtera proportio vocatur: qualis est proportio. iij. ad. ij. sex ad quattuor: nouẽ ad sex. et sic de singulis vsque in infinitũ. Si autem maior numerus semel minorẽ numerũ cõtineat: et eius tertiam partẽ vltra se sexquitertia proportio vocatur sicut quattuor ad tria. octo ad sex. xvi. ad. xij. et sic in infinitũ. Si autẽ maior numerus minorẽ numerũ semel contineat et eius quartã partem vltra se. sexquiquarta vocatur vt. v. ad. iiij. x. ad octo. xx. ad. xvi. et sic de alijs. Si autem maior quãtitas semel minorẽ et eius quintam partem contineat sexquiquinta vocatur: vt sex ad quinque. et sic procedendo vt prius in numeris duplicando eos.

¶ Superpartiens proportio est habitudo maioris quantitatis ad minorem illam semel continens et aliquas partes vltra. ex quibus nõ fit aliqua pars aliquota respectu minoris numeri. Et talis proportio infinitã recipit sectionẽ. vnde si maior numerus semel minorẽ numerũ contineat et duas partes vltra: quarũ quelibet est tertia pars respectu minoris numeri ex quibus nõ fit aliqua pars aliquota respectu minoris: talis proportio dicitur superpartiens tertias: vt. v. ad. iij. x. ad. vi. xx. ad. xij. et sic in infinitũ. ¶ Si enim maior numerus semel minorem contineat: et tres partes aliquotas vltra. ex quibus non fit vna pars aliquota respectu minoris quantitatis quarũ quelibet est quarta pars respectu minoris. dicitur proportio superpartiẽs quartas qualis est hec proportio. vij. ad iiij. etc. ¶ Et si maior quantitas semel cõtineat minorem/ et tales tres partes vltra easdem quelibet est quinta pars respectu minoris quãtitatis dicitur proportio supertripartiens quintas vt octo ad quinque. etc.

¶ Multiplex est superparticularis: est habitudo ma

ioris quãtitatis ad minorẽ illã multotiens cõtinens: et eius partẽ aliquotã vltra Unde si maior nũer⁹ bis cõtinet maiorẽ ⁊ eius medietatẽ vltra. proportio dupla sexq; altera vocatur. Si ter minorẽ cõtineat proportio tripla sextaq; altera. Exẽplũ primi. v. ad. ii. x. ad. iiii. exemplũ scdi. vii. ad. ii. xiiii. ad. iiii. Si enĩ maior nũerus bis minorẽ nũerũ cõtineat. ⁊ eius tertiã partẽ vltra ꝓpõ dupla. sexq; tertia vocatur: vt septem ad tria / ⁊ dupla sexq; quarta: vt nouẽ ad quatuor.

¶ Multiplex vero superpartiẽs est habitudo maioris nũeri ad minorem illã multotiẽs cõtinens ad aliquas partes vltra ex quib⁹ non fit vna pars aliquota respectu minoris nũeri. ¶ Unde si maior nũerus bis minorẽ cõtineat ⁊ duas partes vltra: quarum quelibet est tertia pars respectu minorꝫ nũeri. Unũ si maior nũer⁹ bis minorẽ ꝯtineat ⁊ duas ptes vltra: q̃rũ q̃libet ẽ tertia ps respectu minorꝫ nũeri: dr ꝓportio dupla supbipartiẽs tertias: q̃lis ẽ hec ꝓportio octo ad tria. Si vero maior nũer⁹ ter maiorẽ cõtineat ⁊ tres partes vltra: q̃rũ quelibet est quarta pars respectu minoris nũeri: ex quibus non fit vna pars aliq̃ta respectu minoris nũeri dicitur proportio dupla supertripartiens quartas: qualis est hec ꝓportio inter vndecim et quatuor.

¶ Proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris quãtitatis ad maiorẽ: cui⁹ tot sunt species quot sunt proportiones maioris inequalitatis: ⁊ eisdẽ noibus ⁊ ꝯsilib⁹ appellantur isto termino sub supaddito: vt subdupla / subtripla. ⁊ sic de aliis supparticularꝫ / subsuppartiẽs. Et ita de oib⁹ aliis modis: quarũ oẽs diffinitiões cũ exẽplis priorib⁹ innotescũt. ¶ Ex istꝫ notandũ est q̃ ois proportio inter duos terminos repitur. Et scis q̃ quãta est vna quãtitas ad aliã tãta est vna ꝓportio ad aliã. vt manifestũ est.

¶ Hec de proportionibus. nunc de proportionalitate dicetur.

Modo sequitur scda pars huius capituli: que de proportionalitate proportionum determinat. ¶ Proportionalitas est ordo proportionũ. ⁊ dicit tripliciter: sez ꝓportionalitas arithmetrica / geometrica / ⁊ armonica. ¶ Proportionalitas arithmetrica est qñ sunt duo termini vel plures vt equalis est excessus pmi ad secundũ / ⁊ scdm ad tertiũ: sicut duo ad tria. ⁊ sic de aliis. Ut sex ad qnq; / qnq; ad quatuor: quatuor ad tria / tria ad duo / duo ad vnũ.

¶ Differẽtia siue excessus vni⁹ q̃titatꝫ ad aliã est illud p qd minor quãtitas exceditur a maiori. ¶ Proportionalitas geometrica est qñ sunt tres termini vel plures ⁊ equalis est proportio inter primũ et scdm: sicut inter secundũ et tertiũ. Exẽplum: vt octo ad quatuor: quatuor ad duo: duo ad vnũ.

¶ Proportionalitas armonica est qñ sunt tm̃ tres termini ⁊ equalis est ꝓportio inter primũ et scdm: sicut est inter excessum primi ad secundũ / ⁊ scdi ad tertiũ. Exẽplum: sic quatuor ⁊ tria inter sex ⁊ tria est ꝓportio dupla. ⁊ int duo que est excess⁹ primi ad scdm. ⁊ vnũ que est excessus secũdi ad tertium est proportio dupla: ergo eadem est proportio inter primum ⁊ tertiũ que est inter differentiã primi ad secũdum / secundi ad tertium.

¶ Et iste proportionalitates differunt adinuicem: q2 ista arithmetrica q̃z geometrica in tribus terminis ad minus reperiũtur ⁊ in quibuscũq; nũerꝫ plurib⁹: sz armonica tm̃ i trib⁹ tmĩis repitur. ⁊ in alio etiã differũt qr vltima sez armonica semp ꝯtinua manet: sed arithmetrica et geometrica possunt eẽ discõtinue ⁊ ꝯtinue. ¶ Proportionalitas arithmetrica cõtinua est equalis

tas differentiarũ p terminũ cõem vel terminos cões copulata p vnũ terminũ cõem videlicet sicut tria ad duo/sic duo ad vnũ. Discõtinua est equalitas differẽtiarũ p nullũ terminũ cõem copulata: nec p aliquos terminos cões copulata: vt sicut se hʒ sex ad quatuor: ita tria ad duo: vl sicut quinqȝ ad quatuor ita tria ad duo. ¶ Proportionalitas geometrica cõtinua est similitudo ꝓportionũ p vnũ terminũ cõem mediũ vel p plures terminos medios copulata p vnũ terminũ. vt sicut se hʒ quatuor ad duo: ita duo ad vnũ. p plures terminos. vt sicut se hʒ. viii. ad. iiii. ita. ii. ꝛ. ii. ad vnũ.

¶ Discontinua est similitudo proportionũ per nullũ terminũ cõem: vel per aliq̃s terminos cões copulata. vt sicut se hʒ. viii. ad. iiii. ita duo ad vnũ. ¶ Medietas siue ꝓportionalitas geometrica cõtinua et discõtinua differũt inter se: in hoc ꝙ cõtinua tribus terminis vel plurib' quibuscũqȝ inuenitur. Discontinua vero in quatuor terminis ad minus: ꝛ in quibusdã pluribus inuenitur. Aliter etiã iste differũt in hoc ꝙ in proportione cõtinua oportet oẽs tres terminos in genere cõuenire: sed in discontinua possunt aliqui termini in genere diuersari. vt sicut se habet chorda ad chordã: sic se habet sonus ad sonũ: ꝛ sicut se habet hoc corpus ad hoc corpus: sic se habet hec potẽtia ad potentiam.

Proportionalia sunt illa que in aliqua proportionalitate cõueniũt. Et dicuntur tripliciter. Quedã dicunt proportionabilia proportionalitate arithmetrica: quedã geometrica: ꝛ quedã armonica. proportionalia proportionalitate arithmetrica sunt illa quorũ differẽtie sunt equales. Proportionalia proportionalitate geometrica: sunt illa quorũ proportiones sunt eedem vel equales. Proportionalia proportionalitate armonica sunt illa quorũ extremorũ ꝛ differentiarũ ꝓportiões sunt sites vel equales. Et hec oĩa in suis exemplis possunt per predicta patere: ex quo pʒ ꝙ ternarius nũerus est paucissimus nũer' in quo ꝓportionaliter reperitur: et nullus est maxim' in quo ꝓportionalitas existit.

¶ Proportionalia proportionalitate geometrica dicitur duobus modis: scʒ ꝑmutatim proportionabilia: et econtrario.

¶ Proportionalia proportionalitate permutatim. Sunt illa quorũ sicut se habet añs vni' ꝓportionis ad añs alteri' proportionis: ita se hʒ ꝯñs vnius ꝛ ꝯñs alteri' (verbi grã) sicut se habet octo ad quatuor: ita duo ad vnũ: ergo nũc ꝑmutatim: sicut se habet octo ad duo/ita quatuor ad vnũ. ꝛ ideo ibi quatuor termini proportionabiles permutatim existũt ꝛ econtrario. Proportionalia ꝓportionalitate geometrica sunt illa quorũ sicut se habet ꝯñs vnius ad añs sic se habet consequens alterius ad antecedens suum: verbi gratia: sicut octo ad quatuor: ita duo ad vnũ: ꝛ ecõtra: sicut quatuor ad octo: sic vnum ad duo.

¶ Proportionalitas geometrica dicitur quatuor modis. Disiũcta scʒ. Coniũcta. Euersa. ꝛ econtra. ¶ Disiũcta est quorũlibet antecedẽtium ad sua consequẽtia separatim proportionũ equalitas: vt sicut se habet octo ad quatuor: ita duo ad vnũ. ¶ Coniũcta proportionalitas geometrica est quorũlibet antecedentiũ cũ suis ꝯsequẽtibus indisiuncta: seu proportionalitate simplici vnius antecedẽtis cũ suo ꝯñte ad propriũ ꝯñs proportionũ similitudo. vt. viii. quatuor. iiii. ꝛ vnum: vt sicut se habet octo et quatuor ad quatuor ꝛ vnum: ita duo ꝛ vnũ ad vnum. ¶ Euersa est quorumlibet antecedentium cum suis consequentibus in disiuncta seu proportionalitate simplici vnius antecedentis cum consequẽte ad aliud antecedens: et cuiuslibet alterius antecedentis istarũ cũ suo consequẽte ad ꝓprium añs proportionum similitudo: vt sicut octo et quatuor ad octo: ita duo et vnum ad duo. ¶ Econtra est quando sunt duo ordines numerorum: et in vtroqȝ

nomero sunt tres vel plures termini. ⁊ sicut se habet primus terminꝰ primi ordinis ad suum secundum: sic se habet primus terminus secundi ordinis ad suuz secundū: ⁊ sicut se habet secūdus terminus primi ordinis ad suum tertiū sic se habet secūdus terminus secundi ordinis ad suum tertium. vt

Octo quattuor duo.	8.4.2.
Quattuor. duo. vnum.	4.2.1.

¶ Cōsimiles etiam diffinitiones ꝓportionalitate arithmetrica ⁊ ꝓportionalibꝰ alijs ꝓportionaliter equaliter differentiarū poterunt adoptari.

Nunc superest tertia pars huiꝰ capituli. Premittens quasdem suppositiones. Prima est hec. Omnes ꝓportiōes sunt eedē vel equales quarū denoīationes sunt eedem: vel equales. ¶ Secunda suppō est hec. si sunt tres termini tm̄ quorū primꝰ est maior secūdo / scdꝰ maior tertio. ꝓportio primi ad vltimū cōponitur ex illis. hoc est cōponitur ex ꝓportione primi ad scdm: et scdi ad tertiuz. ¶ Tertia suppo est. si sint tres termini vel plures quorū primus est maior scdo: secūdus maior tertio: ꝓportio primi ad vltimū cōponitur ex illis. ¶ Quarta est hec. si sint duo equalia comparata ad aliquod tertiū: eadē erit ꝓpō inter vnum ⁊ illud tertiū sicut inter reliquū illorū ⁊ illud tertiū. ¶ Quinta. si sint due ꝙtitates inequales ꝯparate ad aliquod tertiū: maior erit ꝓportio minoris ꝙtitatꝭ ad illud tertiū ꝙ maioris ad illud tertiū. ⁊ econtra. maior erit ꝓportio tertij ad maiorē ꝙ ad minorē. ¶ Sexta suppō est hec. ꝙ aliqd cōponitur ex duobus equalibꝰ: illud compositū est duplū ad quodlibet illorū. Et si fuerit cōpositū ex tribus: est tertium ad quodliz illorū. ¶ Septima suppō est. ꝙ aliquid cōponitur ex duobus inequalibꝰ: illud compositū est plus ꝙ duplum ad minus. ⁊ minus ꝙ dupluz ad maius. Exemplū tripedale componitur ex pedale ⁊ bipedale: et est plus ꝙ duplum ad pedale ⁊ minus ꝙ duplum ad bipedale. qđ est maius. ¶ Est ⁊ vna suppositio si fuerint quattuor ꝙ̄titates ꝓportionales ad īuicem: si fuerint prima illarum maxima: et vltima illarum minima. primam et vltimam pariter acceptis ceteris duobus maiores necesse est esse.

¶ Iste autem quinqꝫ prime suppositiones sunt probate per euclidem: et due vltime satis patent per rationem.

¶ Prima conclusio est hec. Si sunt tres termini proportionales ꝓportionalitate geometrica, ⁊ primus terminus est maior secūdo secundus maior tertio. ⁊ si fuerit proportio maioris inequalitatis proportionalitate geometrica. vt vnum ad duo / duo ad tria. proportio primi ad vltimuz est precise dupla ad proportionē primi ad secundum / et secundi ad tertium. Et hoc probatur. et capio istos tres terminos octo / quattuor / et duo. tunc arguitur sic: inter octo ⁊ quattuor est proportio dupla. et inter duo ⁊ quattuor est eadem proportio: ergo ille proportiones sunt similes. consequentia patet, per primam suppositionem. Tunc arguitur sic per secūdam suppositionem: quādo sunt tres termini. ⁊c. et hic sunt tales tres termini. ergo proportio primi ad vltimum componitur ex illis: et isti sunt equales vt probatū est. ergo componitur ex duobus equalibus. ergo est dupla ad quodlibet illorum. cōsequentia tenet per secundam suppositionem.

¶ Secunda conclusio est hec. Si sint quattuor termini proportionales proportionalitate geometrica: proportio primi ad vltimū est tripla ad proportionem primi ad secundum. ⁊c. Hoc probo sic: et capio istos quattuor terminos octo: quattuor: duo: et vnum. Tunc sic. Hic sunt quattuor termini: et primus est maior secundo: secūdus maior tertio. ⁊c. ergo proportio pri-

mi ad vltimum componitur ex illis: consequentia tenet per tertiã suppositionẽ sed equalis est proportio primi ad secundum. ⁊ sic de aliis. ergo proportio primi ad vltimũ componitur ex tribus equalib⁹: et per ꝯñs est tripla ad quelibet istarum. ꝯña tenet per sextam suppositionẽ. Et si sint quinq; termini proportio primi ad vltimum est quadrupla. ⁊c. et sic in infinitum.

¶ Tertia conclusio est hec. Si fuerint tres termini, et primus fuerit plusq̄ duplus secũdi. secũdusq; equaliter duplus tertũ: proportio primi ad tertium erit minor q̄ dupla ad ꝓportionẽ primi ad secundũ: et maior q̄ dupla ad proportionẽ secundi ad tertium. Hoc probo sic. ⁊ capio istos tres terminos. sex/duo/ vnum. Tunc arguo per secundã suppositionem. Si sint tres termini. ⁊c. sed hic sunt tres tales termini. ergo proportio primi ad vltimum cõponitur ex illis: sed maior est proportio primi ad secundum q̄ secũdi ad tertiũ, ergo proportio primi ad vltimum componitur ex duobus inequalibus: ergo est plusq̄ dupla ad minus ⁊ minus q̄ dupla ad maius. cõsequentia tenet per septimam suppositionẽ. sed magis est proportio primi ad secundũ q̄ secundi ad tertium. ergo ꝓportio primi ad vltimũ est minor q̄ dupla ad proportionẽ primi ad secundũ: ⁊ maius q̄ dupla ad ꝓportionẽ secundi ad tertium. sed ꝓportio primi ad vltimũ est proportio sextupla: et proportio primi ad secundũ est ꝓportio tripla. ⁊ ꝓportio secundi ad tertiũ est dupla: ergo proportio est minor q̄ dupla ad proportionẽ triplam: ⁊ maior q̄ dupla ad proportionẽ duplam.

¶ Quarta cõclusio est hec. Si fuerit primum equaliter duplum secundi: fuerit secũdum maius q̄ duplum tertũ. ꝓportio primi ad vltimum erit minor q̄ dupla ad proportionem secundi ad tertium. probat̃ sic. ⁊ capio istos terminos sex/tria/vnum. Tunc arguo per secundã suppositionem/ si sint tres termini. ⁊c. sed hic sunt tales tres termini. ergo proportio primi ad vltimum componitur ex illis. sꝫ maior est proportio secundi ad tertiũ q̄ primi ad secundum. ergo componitur ex duobus inequalibus. et per consequens est plus q̄ dupla ad minus: ⁊ minus q̄ dupla ad maius. sed maior est proportio secundi ad tertium q̄ primi ad secundum. ergo proportio primi ad vltimuꝫ est minor q̄ dupla ad proportionem secundi ad tertium. sed proportio primi ad vltimuꝫ est proportio sextupla. et proportio primi ad secundum est proportio dupla: et proportio secundi ad tertium est proportio tripla: ergo proportio sextupla est minor q̄ dupla ad proportionem triplam. et maior q̄ dupla ad proportionem duplam.

¶ Quinta conclusio est. Si fuerit primum minus q̄ duplum secundi fuerit q̄ secundus equaliter duplum tertũ: proportio primi ad vltimum erit maior q̄ dupla ad proportionem primi ad secundũ: ⁊ minor q̄ dupla ad proportionem secundi ad tertium. Hoc probatur ⁊ capio istos tres terminos sex/quatuor/duo. Tunc arguo per secundam suppositionẽ. Si sint tres termini. ⁊c. sed hic sunt tales tres termini. ergo ꝓportio primi ad vltimum componitur ex illis: sed iste proportiões sunt inequales. ergo proportio primi ad vltimum cõponitur ex inequalibus. ergo est plusq̄ dupla ad minus: et minus q̄ dupla ad maius. sed maior est proportio secundi ad tertiuꝫ q̄ primi ad secundũ. ergo proportio primi ad vltimum est maior q̄ dupla ad proportionẽ primi ad secundũ. et minor q̄ dupla ad proportionem secundi ad tertium. et sic tripla maior est q̄ dupla ad sexquialteram minor q̄ dupla ad proportionẽ duplam. ⁊c. vt patet intuenti. ergo. ⁊c.

¶ Sexta conclusio est hec. Si fuerint tres termini quorum primus est duplus ad secundum fueritq; secundus minus q̄ secundus ad tertium proportio primi ad vltimum erit maior q̄ dupla ad proportionẽ secundi ad tertium: probatur sic. et capio istos tres terminos: octo/quatuor/tres. tunc arguo per secundam suppositionem. Si sint tres termini. ⁊c. sed hic sunt ta

les tres termini: ergo. ⁊c. sed illi sunt inequales: ergo proportio primi ad vltimũ componitur ex inequalibus duobus: ergo. ⁊c. Sed maior est proportio primi ad secundũ q̃ secundi ad tertium. ⁊ ꝓportio primi ad vltimũ est dupla superbipartiens tertias. ⁊ proportio primi ad secundum est dupla. ⁊ secundi ad tertium sexq̃tertia: ergo proportio dupla superbipartiens tertias est maior q̃ dupla ad sexq̃alteram ⁊ minor q̃ dupla ad proportionem duplam.

¶ Sexta conclusio est hec. in proportione equalitatis nulla est maior nec minor proportio equalitatis. ꝓbatur: q: omnes ꝓportiones equalitates sunt equales: ergo nulla est alia maior neq̃ minor. nec proportio inequalitatis est maior equalitatis ꝓportione: q: nõ ꝓportio minoris nec maioris inequalitatis: ⁊ omnis ꝓportio inequalitatis. aut est minoris inequalitatis aut maioris inequalitatis: ergo conclusio vera. Probatũ est nunc ꝙ proportio equalitatis proportione equalitatis non est maior neq̃ minor. Iam probatur ꝙ proportio maioris inequalitatis non erit maior ꝓportione equalitatis nec minor: q: si sit maior ergo ꝓportio que est inter quatuor ⁊ vnum est dupla ad ꝓportionẽ que est inter. ij. et. ij. et cũ arguitur sic. proportio. iiij. ad. i. est dupla ad proportionẽ scdi ad scdm: ergo proportio. ij. ad. ij. est subdupla ad istam: et ꝓportio dupla ad vnum: et subdupla ad eã: ergo ille ꝓportiones sunt equales. ij. ad. ij. ⁊. ij. ad. i. ꝯña pꝫ per primã suppositionẽ. Tunc arguitur sic. ille ꝓportiones. ij. ad. ij. et. ij. ad. i. sunt equales. et añtia sunt equalia. et añtia se habent inequali proportione ad sua ꝯña: ergo ꝯña sunt equalia. sed illud est impossibile: ergo illud ex quo seq̃tur. Iam ꝓbatur ecõtra. ꝙ proportio equalitatis nõ sit maior ꝓportiõe maioris inequalitatis: q: si sit: g proportio. iiij. ad. iiij. est dupla ad ꝓportionẽ. ij. ad. i. tunc arguitur sic. proportio. iiij. ad. iiij. est dupla ad proportionẽ. ij. ad. i. et proportio. ij. ad. i. est dupla ad eã: ergo iste proportiones. iiij. ad. iiij. et. ij. ad. i. sunt equales et añtia sunt equalia. et añtia se habent inequali ꝓportione ad ꝯña: ergo ꝯña sunt equalia: g. iiij. et. i. sunt equalia quod est impossibile. ergo illud ex quo sequitur.

¶ Iam arguo. ꝙ ꝓportio minoris inequalitatis non sit maior proportione equalitatis: nec minor. et primo probo ꝙ non sit maior q: si sic probatur ꝙ proportio vnius ad duo est dupla ad ꝓportionẽ vnius ad vnũ. ergo proportio vnius ad vnum est subdupla ad eam. et proportio vnius ad. iiij. est subdupla ad eam: ergo ille proportiones vnius ad. iiij. et vnum ad vnum sunt equales. consequentia tenet: vt prius. et tunc ille ꝓportiones sunt equales et antecedentia sunt equalia. et antecedentia se habent inequali proportione ad sua consequentia. ergo sua cõsequentia sunt equalia: ergo quatuor ⁊ vnũ sunt equalia. cõsequens est impossibile: ergo illud ex quo sequitur.

¶ Iam probatur econtra. ꝙ proportio equalitatis nõ sit maior proportione minoris inequalitatis. et arguitur sic. et ponatur ꝙ ꝓportio vnius ad vnũ sit dupla ad proportionem vnius ad quatuor. tunc arguitur sic. proportio vnius ad vnum est dupla ad proportionem vnius ad duo. et proportio vnius ad duo est dupla ad eam: ergo iste ꝓportiones sunt equales vnius ad vnũ: ⁊ vnius ad duo. ꝯña tenet sicut prius. et añtia sunt equalia. et añtia se habẽt inequali proportione ad sua ꝯña: ergo sua ꝯña sunt equalia: ergo duo et quatuor sunt equalia quod est impossibile: g illud ex quo seq̃tur. Quintã sequitur conclusionem esse verã per quamlibet eius partem. ¶ Sed contra istam conclusionẽ arguo sic et capio istos tres terminos. sex/quatuor/sex. tunc per secundam suppositionẽ proportio primi ad vltimũ componitur ex proportione primi ad scdm: ⁊ secundi ad tertium. ⁊ omne compositum quacũq̃ parte ipsius est maius: ergo proportio primi ad vltimum est maior ꝓportione primi ad duo. ⁊ etiam duo ad tres. ⁊ proportio primi ad vltimum est proportio equalitatis. ⁊ proportio primi ad secundum est proportio maioris inequalitatis. et proportio scdi ad tertiũ. est proportio minoris inequalitatis: ergo proportio equalitatis est maior proportione maioris inequalitatis. ⁊ etiam minoris inequalitatis.

¶ Pro illo dicitur q̃ scd̃a suppositio intelligitur put
ipsa ibidē inscribitur: ⁊ hoc est si prim⁹ terminus est maior scd̃o. et secūdus maior
tertio. sed sic non est in proposito. Aliter contra eandē cōclusionē arguit sic. et ca
pio istos terminos: sex / quatuor / ⁊ quatuor. tunc arguo p̄ quintā suppōnem: ma
ior est proportio inter sex ⁊ q̄tuor: q̄ inter quatuor ⁊ quatuor et proportio sex ad
iiij. est ꝓportio maioris inequalitatis et proportio quatuor ad quatuor est pro
portio eq̄litatis: ergo ꝓportio maioris inequalitatis est maior proportiōe equa
litatis. Pro isto dicitur q̃ quinta suppositio intelligitur de duob⁹ inequalib⁹ cō
paratis ad aliquod tertium in eodem genere: sed sic non est hic.

¶ Tertio contra istam cōclusionem arguitur sic. Et ca
pio tres terminos. sex / sex / sex tūc p̄ primā cōclusionē adiuncta scd̃a suppōne pro
portio primi ad vltimū est dupla ad q̄lz earū: ergo vna ꝓportio ineq̄litatis alia
est maior. Pro illo dr̄ q̃ p̄ma cōclusio est v̄a vbi est proportio maioris ineq̄litatis
primi ad scd̃m: ⁊ scd̃i ad tertiū: ⁊ intellect⁹ scd̃e suppōnis p̄z ex p̄dictis. ⁊ sic cessat
obiectio. ¶ Hic seq̄tur de quinta opinione geometrica suppō est q̃ nulla propor
tio maioris inequalitatis proportiōe minoris est maior vel minor. Ista sicut pre
cedentis. per impossibile declarabis et deduces ad hoc impossibile. s. q̃ aliqua p̄
portio maioris inequalitatis ⁊ aliqua minoris sunt equales / ⁊ per cōsequens ali
quod maius ⁊ minus illo adinuicem adequatur quod est impossibile.

Sequitur iam quarta pars huius tractatus in
qua determinatur penes quid habet velocitas
in motibus attendi diuersas opiniones pertractans: quarū prima est hec. et po
nit velocitatē in motibus sequi excessum potētie motoris ad potentiā rei mote
hoc est si sint due potentie ⁊ due resistentie ⁊ p̄ maiorē excessū excedit pria poten
tia suā resistentiā q̄ .ij. ad suā. tunc maiori velocitate mouet prima potentia suā
resistentiā q̄ .ij. suā. Exemplū. vt si A sit vna potētiā vt octo. ⁊ B sua resistētia vt
quatuor C / vna alia potentia duo. D / sua resistentia vt vnū. tunc per istā opinio
nē in quadruplo maiori velocitate mouet prima potentia suā resistentiā q̄ secū
da suā: q: in quadruplo per maiorem excessum excedit prima potentia suum resi
stentiā q̄ secunda suā. Prima enī excedit suā resistentiā per quatuor et .ij. p. i. et
excessus vt quatuor est / quadruplus ad vnum: ergo in quadruplo maior est ex
cessus prime potentie ad suā resistentiam q̄ duo ad suam.

¶ Pro ista opinione videtur esse philosophus secūdo
de celo in fine. vbi vult q̃ ꝓportionaliter secundum equipollentias contingit mo
uere id est secundū excessus. ⁊ ex dictis autoris septimo phisicorum commento.
xxxv. vbi dicit q̃ velocitas propria vniuscuiusq; motui sequitur excessū potentie mo
toris super potentiam moti.

¶ Ista tamen opinio multis modis destrui potest.
Contra quam oppinionez arguitur sic. Data ista opinione sequitur q̃ aliquis mo
tore potentie motiue mouetur aliquod mobile potentie resistētie per aliqd̃ spa
cium in aliquo tempore medietatē motoris nō moueret medietate moti p̄ equa
le spacium in aliquali tempore. sed totū per medietatem spacij: quia tot⁹ motor
vel tota potentia motiua excedit totum motuz vel totam resistentiam per totū
excessum. sed medietas motoris excedit motionem moti per medietatē excess⁹
ergo in duplo velocius penes hanc opinionem mouetur totus motor cū tota re
sistentia q̄ medietas motoris cuz medietate resistentie: ergo in equalitatez par
tis totus motor mouetur tantam resistentiam per totum spacium quo tempore
medietas motoris mouebit motum resistentie totum per medietatez spacij. Et
falsitas patet per Aristotelem septimo phisicoruz. vbi dicit in fine / et probat hāc
conclusionem. Si aliqua potentia moueat ad mobile per aliquod spacium in ali

quo tempore inequaliter mouebit inequaliter per idem spacium in equali tempore. Dicit enim q ita esse habet et secūdum eandem proportionem inequalitatis ad medietatem sicut totum ad totum: ergo motus sunt equiuoce. Secundo: data ista opinione sequitur ex duobus motoribus diuisim mouentibus duo mobilia per equale spacium in equali tempore secundi duo motores non mouerunt cōiunctim ista duo mobilia coniuncta per equale spacium in equali tempore. Sed per secūdum spacium consequentia tenet: quia excessus istorum duorū cōiunctorū adinuicem duo mobilia coniuncta est duplus ad excessum vnius motoris istorū per suum mobile vbi ergo in numeris quibus binarius excedit vnitatē per vnitatem. Duo autem binarij qui quaternariū cōstituunt excedunt duplas. duplas vnitates q̄ existunt qualitas per equalitatē que est dupla ad excessum binarij super vnitatē. ꝛ ita est in omnibus alijs vbi dupla excessa a duplis excessibus equaliter extendunt. Et falsitas istius conclusionis patet per Aristotelem secundo phisicorum vbi prius probat hanc conclusionē. Si due potentie diuisim mouent duo mobilia diuisa per equalia spacia in equali tempore. iste due potentie coniuncte mouebunt ista duo mobilia coniuncta per equale spacium in equali tempore. sicut enim se habet motus compositus ad motum compositum sic motus simplex ad motum simplicem.

¶ Tertio contra hanc opinionem arguitur sic. Data illa opinione sequitur q ex ꝓportione geometrica sunt sibi uature proportionū motoris ad sua mota nō sequit equalitas velocitatū motuū: ꝛ hoc qr non est ibi eq̄litas excessuū. eadē enī ꝓportio est duo ad vnū. ꝛ sex ad tria. excess⁹ tn̄ vni⁹ est vnitas: ꝛ excessus alteri⁹ est ternari⁹. ꝛ illud est directe cōtra Aristotelē. vij. phisicoꝝ I fine ꝛ in multꝭ alijs locis. vbi semꝑ ex eq̄litate ꝓportionū motoris ad sua mota arguit velocitatē in motub⁹. nec pōt dici Aristotel. intēdit ꝓpter ꝓportionē ꝓportionalitate arithmetrica vbi est equalitas excessuū: vt dicūt quidē. Secūdo enī phisicoꝝ ꝓbat philosophus scđam conclusionē. Si aliqua potētia moueret aliqđ mobile ꝑ aliqđ spaciū in aliquo tp̄e inequalitas motoris mouebit medietatē moti ꝑ equale spaciū inequaliter: qr sic se habebit ꝛ secundū eandem ꝓportionē inequalitas ad inequalitatē/sicut totus motor ad totum.

Sequitur de quinta opinione que est vera. Et ponit q velocitas motus sequitur proportionem geometricam.

¶ Sententia illi⁹ opiniōis est hec. Si sint due potētie ꝛ due resistentie ꝛ maior est ꝓportio inter primā potentiā ꝛ suā resistentiā q̄ꝫ inter secundā et suā resistētiā: velocius mouebit ꝓma potentia ad suā resistentiā q̄ꝫ secunda ad suā resistentiā sicut vna ꝓportio est alia maior: ita vna velocitas est alia maior. Exēplū. Sit A vna potentia vt octo. B/sua resistentia vt duo. sit C/vna potētia vt quatuor. D/vna resistētia: vt duo. moueat A/cū B. et C/cū D. tūc per illā opinionē in duplo veloci⁹ mouebit A/cū B q̄ꝫ C/cū D. qr in duplo est maior ꝓportio inter a/ꝛ b/q̄ꝫ inter c/ꝛ d. ista opinio ptꝫ ꝑ Aristotel. vij. phisicoꝝ. ꝛ vbi dicit velocitas mot⁹/sequit ad q̄ꝫtitatis ꝓportionē. ideo si fuerit ꝓportio maior/tanto velocior erit motus. ꝛ q̄ꝫcunqꝫ erit ꝓportio minor/tanto motus erit tardior ꝑ Aristotel. vij. ꝛ cōmento. iij. ꝛ viij. Ex duplicatiōe ꝓportiōis potētie motoris ad motū arguit duplationē velocitatis in motu/sic dicēs. Si ꝓportio potētie motoris ad motū sit dupla illius ꝓportionis. sic velocitas erit dupla ad aliā velocitatē. ergo. ꝛc̄.

¶ Preterea non videtur alia positio qua potest rationaliter saluari propotio velocitatum in motibus nisi aliqua dictarum quinqꝫ: quatuor prime sunt destructe. tantum ergo remanet quinta vera: sic ergo patet conclusio q proportio velocitatum in motibus sequitur proportionem geometricam. ꝛ cetera.

¶ Iuxta illam opinionem sunt conclusiones plures concedende. Quarum prima est hec.

¶ Si vna potentia se habeat in proportione dupla ad suam resistentiam: duplata potentia stante resistentia duplicabitur et motus. hoc probo sic. Et sit A vna potentia vt octo. B vna potentia vt quatuor. C vna resistentia vt duo. Tunc per illam conclusionem: si fuerit proportio maioris inequalitatis primi ad secundum. et .ij. ad .iij. etc. sed hic sunt tales tres termini et equalis proportio primi ad secundum et secundi ad tertium. ergo proportio primi ad vltimum est dupla ad qualibet earum. et motus sequitur proportionem. ergo in duplo mouebitur velocius A cum C quam B cum C. sed si octo duplicetur tanta velocitate B cum C: sicut A nunc mouetur cum C ergo conclusio vera.

¶ Secunda conclusio est hec. Si aliqua potentia se habeat in proportione dupla ad suam resistentiam in duplo velocius sufficit illam potentiam moueri cum medietate illius resistentie quam cum tota resistentia. hoc probatur sic. sit A vna potentia vt octo. B sua resistentia vt quatuor. et C alia resistentia vt duo. Tunc arguo per primam conclusionem. Si fuerit proportio maioris inequalitatis primi ad secundum: secundi ad tertium etc. sed hic sunt tales tres termini: ergo proportio primi ad vltimum est dupla ad qualibet illarum: et motus sequitur proportionem: ergo in duplo velocius sufficit A moueri cum C quam cum B. et C est medietas B ergo conclusio vera.

¶ Tertia conclusio est hec. Si fuerit aliqua potentia se habens in maiori proportione quam dupla ad resistentiam. duplicata potentia stante resistentia: non duplicabitur motus. Probatur ista conclusio sic. Sit A vna potentia vt sex. B sua resistentia vt duo. C vna potentia vt duodecim. Tunc arguo per quartam conclusionem secunde partis. scilicet si fuerit primum equaliter duplum .ij. fueritque secundum maius quam duplum tertij etc. sed sic est in proposito. ergo proportio primi ad vltimum est minor quam dupla ad proportionem secundi ad tertium. sed motus sequitur proportionem: ergo non in duplo velocius mouebitur B cum C quam A cum B. sed cum sex .i. s dupletur. tunc tanta velocitate sufficeret A moueri cum B. sicut C nunc sufficit moueri cum B. ergo conclusio vera.

¶ Quarta conclusio est hec. Si fuerit vna potentia se habens in maiori proportione quam dupla ad suam resistentiam non in duplo velocius sufficit istam potentiam moueri cum medietate illius resistentie quam cum tota illa resistentia. hec conclusio probatur sic. sit a vna potentia vt sex. b sua resistentia vt duo. C alia resistentia vt vnum. tunc arguitur per tertiam conclusionem tertie partis. Si fuerit primum maius quam duplum secundi. fueritque secundum equaliter duplum tertij. etc. sed sic est in proposito. ergo proportio primi ad vltimum erit minor quam dupla ad proportionem primi ad secundum: sed motus sequitur proportionem. ergo non in duplo velocius sufficit a moueri cum b quam c. et c est medietas b: ergo conclusio vera.

¶ Quinta conclusio est ista. Si sit vna potentia se habens in minore proportione quam dupla ad suam resistentiam duplata potentia stante resistentia plus quam duplo velocius erit motus. hoc probatur sic. sit A vna potentia vt sex. B sua resistentia vt quatuor. C alia potentia vt duodecim: tunc arguo per sextam conclusionem tertie partis si fuerit primum duplum secundi: et secundum minus quam duplum tertij. proportio primi ad vltimum erit maior quam dupla ad proportionem .ij. ad .iij. et minor quam dupla ad proportionem primi ad secundum. sed motus sequitur proportionem. ergo plus quam duplo velocius mouebitur C cum B quam A cum B. sed si A duplaretur tanta velocitate sufficeret A mouere cum B. sicut C cum B. nunc sufficit: ergo conclusio vera.

¶ Sexta conclusio est hec. Si aliqua potentia se habet in minore proportione quam dupla ad suam resistentiam plusquam in duplo velocius sufficit illam potentiam moueri cum medietate illius resistentie quam cum tota resistentia